





QUELLEN UND FORSCHUNGEN

AUS ITALIENISCHEN ARCHIVEN UND BIBLIOTHEKEN

HERAUSGEGEBEN VOM

KÖNIGL. PREUSSISCHEN
HISTORISCHEN INSTITUT IN ROM.

Band III.



ROM
E. LOESCHER & C.^o
(BRETSCHNEIDER & REGENBERG)
1900

D
5
08
Bd.2

Inhalts-Verzeichnis

	Seite
W. Friedensburg. Aktenstücke über das Verhalten der Römischen Kurie zur Reformation 1524 und 1531.	1-20
K. Schellhass. Akten über die Reformthätigkeit Felician Ninguarda's in Baiern und Oesterreich 1572-1577 (Fortsetzung)	21-68; 161-194
J. Kaufmann. Ein Tractat über die Frage der Absendung eines Legaten nach Deutschland 1394	69-81
I. Haller. Eine Rede des Enea Silvio vor dem Concil zu Basel	82-102
H. Meydenbauer. Zur Frage der gemischten Ehen in Schlesien in den Jahren 1740-50. Kirchenrechtliche Studie	195-244
J. Kaufmann. Bericht über den Besuch des Kölner Nuntius Monsignore Bellisomi beim Kurfürsten von der Pfalz und beim Bischofe von Speier 1778.	245-254

ARCHIVE UND BIBLIOTHEKEN.

E. Déprez. Recueil de documents pontificaux conservés dans diverses archives d'Italie (XIII ^e et XIV ^e siècles). (Suite).	103-128; 255-307
G. Kupke. Das Familienarchiv der Capilupi zu Mantua. I: Die Correspondenzen Ippolito Capilupis	129-141
Nachrichten	142-160; 308-320

AKTENSTÜCKE ÜBER DAS VERHALTEN

DER RÖMISCHEN KURIE ZUR REFORMATION 1524 UND 1531.

MITGETHEILT

VON WALTER FRIEDENSBURG.

Die nachfolgend unter I veröffentlichten Dokumente beziehen sich auf die Stellungnahme der römischen Kurie zu dem (3.) Nürnberger Reichsabschied vom 18. April 1524. Dieser Rezess setzte durch die Bestimmung, dass das Wormser Edikt von den Reichsständen „soweit möglich“ ausgeführt werden solle, das Edikt thatsächlich ausser Kraft, indem er dessen Unausführbarkeit anerkannte. Man ist auch, wenn wir von der kurzen Periode 1529 bis 1530 absehen, ernstlich kaum wieder auf die Forderung zurückgekommen, dass dem Wormser Edikt von allen Reichsgliedern unverbrüchlich nachgelebt werde. An der Kurie empfand man die Tragweite jener Bestimmung des Reichsabschiedes auf der Stelle; man legte ihr um so grössere Bedeutung bei, als ein päpstlicher Legat und ein Vertreter des Kaisers den Verhandlungen beigewohnt, von denen der eine vergeblich widerstrebt hatte, während die Theilnahme des anderen dem verhängnisvollen Beschluss die Sanktion des Kaisers zu verbürgen schien. So begann man sich in Rom jetzt ernstlicher als bisher mit den Mitteln zur Bekämpfung der neuen Lehre zu beschäftigen, die aller gegen sie angewandten Massregeln zu spotten schien.

Ueber die damals in Rom zu diesem Behufe gepflogenen Berathungen macht Pallavicino ¹⁾ eingehende und werthvolle Mittheilungen, als deren Quellen er in erster Linie ein Schreiben des päpstlichen Sekretärs Giberti an den Nuntius Lang in England nennt, welches noch im Lauf des 16. Jahrhunderts von Ruscelli in der bekannten Sammlung der *Lettere di principi* veröffentlicht worden war ²⁾; ferner einige Breven, die seither von Raynaldus ³⁾, und eine Instruktion für ein Anbringen an den Kaiser, die in *Balans Monumenta Reformationis lutheranae* ⁴⁾ gedruckt worden sind. Doch erkennt man, dass Pallavicino ausserdem noch anderweitiges Material, nämlich Aufzeichnungen über jene Verhandlungen selbst, vor sich hatte ⁵⁾. Diese Aufzeichnungen aber sind wol, wenigstens teilweise, mit den Stücken identisch, welche ich hier aus einer der Aleanderhandschriften der Vatikanischen Bibliothek, die signiert ist: *codex Vaticanus latinus nr. 3924*, mittheile. Sie bestehen aus einer Zusammenstellung von Fragepunkten und zwei Gutachten, welche diesen allerdings nicht völlig entsprechen; das ausführlichere hat zum Verfasser den Kardinalbischof Antonio Ciocchi de Monte Sabino, gewöhnlich Kardinal de Monte genannt ⁶⁾, das kürzere den von Leo X zum Kardinalpresbyter erhobenen Minderbruder Cristoforo Numalio aus Forli, welcher nach seiner Titelkirche als Kardinal von Araceli bezeichnet zu werden pflegt ⁷⁾.

Zur Erläuterung des Inhalts unserer Stücke ist daran zu erinnern, dass Papst Clemens VII schon sehr bald nach seiner Thronbesteigung, im Dezember 1523, einen Ausschuss von drei Kardinälen, je einem aus den drei Ordines dieser, nämlich Francesco Soderini Bischof von Volterra, dem Presbyter Pietro degli Accolti (gewöhn-

¹⁾ Lib. 2 c. 10 § 23-27.

²⁾ Edition Venezia (Ziletti) 1575, vol. II Bl. 39-43, undatiert.

³⁾ Ann. Eccles. 1524 § 15 sq. (an den Kaiser). § 17 (an Heinrich VIII); vgl. noch Balan Mon. ref. luth. nr. 155 (an Erzherzog Ferdinand) und 157 (an Wolsey).

⁴⁾ Nr. 154 (p. 339 sqq.).

⁵⁾ Sicher scheint das Gutachten Monte's von Pallavicino benutzt, der daraus freilich nicht alle zur Berathung stehende Punkte anführt.

⁶⁾ Ciaconius III p. 291.

⁷⁾ Ciaconius III p. 394.

lich nach seinem Bistum Ancona zubenannt), und dem Diakonen Marco Cornelio, gebildet und diesen die besondere Fürsorge für alles das was mit der Bekämpfung des Lutherthums zusammenhing, anempfohlen hatte ¹⁾. Als dann aber Anfang Mai 1524 Briefe des Legaten Campeggi einliefen, die von den Nürnberger Schlüssen Kunde gaben, legte der Papst auch anderen Kardinälen eine Reihe von Punkten zur Begutachtung vor ²⁾. Hier liegt der Ursprung der beiden erwähnten Gutachten, die, wie wir sehen, von Kardinälen ausgehen, welche der ursprünglichen Glaubenskommission nicht angehörten.

Es waren besonders fünf Punkte, über welche der Papst die Ansicht der beiden Kardinäle einforderte: 1. über das was im Nürnberger Reichsabschied bedenklich erscheine; 2. über das was aus Anlass des letzteren an den Kaiser und 3. an die Könige von England und Portugal zu schreiben sei, welche beiden Monarchen bewegen werden sollten, wider den Handel der deutschen Reichs- und Seestädte Massnahmen zu treffen; 4. über die böhmische Unionsangelegenheit, welche der Legat Campeggi betrieb, speziell ob es rathsam erscheine dass letzterer in Person sich nach Böhmen begeben; endlich 5. über den Erlass eines Protests wider das in dem ominösen Reichsabschied für Martini d. J. angekündigte Nationalkonzil in Speier, und sonstige Schritte, die man thun möge um die Nürnberger Festsetzungen wirkungslos zu machen.

Die Beantwortung des ersten dieser fünf Punkte bildet den Inhalt des Gutachtens Araceli's, während der Kardinal Monte die übrigen vier Fragestücke behandelt — ein Zusammentreffen, welches die Vermuthung nahelegt, dass die beiden genannten Kardinäle von vornherein beauftragt worden waren sich in die Beantwortung der päpstlichen Fragepunkte zu theilen und dergestalt in ihren Gutachten einander zu ergänzen. Im übrigen ersehen wir noch aus den Gutachten selbst, dass der Aufzeichnung mündliche Verhandlungen.

¹⁾ Vgl. die Konsistorialakten zum 2. und 9. Dezember 1523 (cod. Barberin. XXXVI, 2 fol. 2^{ab} u. 3^a). Neben diesem Ausschuss, der über die res lutherana zu berathen hatte, fungierte noch eine in dem Gutachten Araceli's erwähnte Kommission, der die Fortführung der im Laterankonzil begonnenen Reform der Kirche oblag.

²⁾ Konsistorialakten vom 2. und 11. Mai 1524 (a. a. O. fol. 27^{ab} u. 28^{ab}).

wol im Schoose der erweiterten Glaubenskommission, vorausgegangen waren; hier mochte man die aufgeworfenen Fragen eingehend diskutiert und daraufhin die beiden genannten Kardinäle mit der schriftlichen Redigierung der von ihnen geäußerten Ansichten beauftragt haben ¹⁾. Neben ihnen aber werden andere Kardinäle andere verwandte Materien zu behandeln gehabt haben; dies ergibt sich mit grosser Wahrscheinlichkeit aus dem Umstande, dass sich, wie schon gesagt, neben unseren beiden Gutachten die nachstehend unter A veröffentlichte Liste von Fragepunkten erhalten hat, die, ohne sich mit dem Inhalt jener zu decken, ebenfalls die Massnahmen zum Gegenstand haben, welche von der Kurie mit Bezug auf die deutschen Dinge zu treffen seien. Denkschriften, welche auf die in unseren beiden Gutachten nicht erörterten Punkte Antwort gäben, haben sich nicht erhalten; dass solche existiert haben, wird aber der Natur der Dinge gemäss kaum in Zweifel gezogen werden dürfen.

Auch unter II haben wir es mit Aeusserungen der Kurialen über die deutschen Dinge zu thun; doch zeigt sich, mit den Stücken unter I verglichen, der Unterschied der Zeiten. Dort sehen wir Rom sich zum Kampfe wider die „neue Lehre“ rüsten; hier finden wir es in Erwägungen über das Mass der Zugeständnisse, welche zu gewähren seien um der gänzlichen Trennung Deutschlands von der alten Kirche zuvorgekommen. Unsere Aktenstücke sind undatiert, ihr Inhalt aber weist sie der Mitte des Jahres 1531 zu. Es würde an dieser Stelle zu weit führen, die allgemeine Sachlage und die besonderen Umstände darzulegen, aus denen die Reunionsversuche der Jahre 1531 und 1532 hervorgingen; genug, die aus dem spanischen Staatsarchiv zu Simancas veröffentlichten Briefe, welche der Kardinal Loaysa und der Kaiserliche Gesandte Micer Mai in jenen Jahren aus Rom an Karl V richteten ²⁾, lassen erkennen dass an der Kurie wiederholt über die Rückführung der Abgewichenen auf Grund von gewissen Zugeständnissen Erwägungen angestellt wurden. Die für uns wichtigste Stelle aus dieser Kor-

¹⁾ Vgl. auch den Schluss des Gutachtens Araceli's.

²⁾ Herausgegeben von G. Heine, unter dem Titel. Briefe an Kaiser Karl V. geschrieben von seinem Beichtvater 1530-1532. Berlin 1848.

respondenz findet sich in einem Briefe des Gesandten vom 26. Juli 1531, wo es heisst, dass der Papst, laut dessen eigener Mittheilung, drei Dinge mit dem Kardinal von San Sisto festgesetzt habe: erstens dass das was nicht de jure divino verboten ist, nicht als Todsünde, sondern als erlässliche gerechnet werde; das zweite: dass die Kommunion unter beiderlei Gestalt gesegnet und gereicht werden dürfe; das dritte: dass in betreff der Heirathen der Geistlichen es nach dem Branche der Griechen gehalten werden solle ²⁾).

Diese Angabe ¹⁾ findet nun ihre urkundliche Bestätigung in einem Gutachten des obengenannten Kardinals von San Sisto — es ist kein anderer als der bekannte Kardinal von Gaeta (Cajetanus), Thomas de Vio —, welches wir nachstehend ³⁾ aus dem Cod. Vat. 3917, wiederum einer der Alexanderhandschriften der Vatikanischen Bibliothek, veröffentlichen. De Vio erklärt sich darin über sechs von den Protestanten erhobene Forderungen, über die der Kardinal von Ancona, das schon erwähnte Mitglied der im Anfang des Pontifikats Clemens' VII eingerichteten Glaubenskommission, eine Aeusserung verlangt hatte ⁴⁾. Die Forderungen betreffen: die Gewährung der Priesterehe für die Zukunft; die Anerkennung der schon geschlossenen Ehen geistlicher Personen; die Reichung des Laienkehls; die Modifizierung des Messkanons; Befreiungen im Punkte der Festfeiern und Fastengebote der alten Kirche.

Der Inhalt des Gutachtens de Vio's deckt sich durchaus mit dem was Mai an der angeführten Stelle mittheilt: der Kardinal, der inbetreff der Messe keine Einräumung zu machen gesonnen ist, will 1. die Priesterehe in der Weise der griechischen Kirche zu-

¹⁾ A. a. O. S. 154 Anm. Vgl. damit Loaysa's Mittheilung vom 3. Juli 1531: en lo que toca al remedio de Alemania dice [nämlich der Papst] que para los Cristianos concedera lo que a V. Md. pareciere, y a los hereges lo que demanderen, salva siempre la sustancia de nuestra fee. Heine S. 434 f. S. auch den in den Nuntiaturberichten I, 3 S. 135 Anm. 2 angeführten Passus aus dem Schreiben des Nuntius in Frankreich vom 20. Juli 1531.

²⁾ Die Richtigkeit der Mittheilung Mai's wird ohne Grund von Pastor, d. kirchl. Reunionsbestrebungen während der Regierung Karls V. S. 84 bezweifelt.

³⁾ II, B.

⁴⁾ II, A.

geben; 2. den Laienkelch nach Massgabe dessen was das Baseler Konzil den Böhmen eingeräumt hatte, gewähren und 3. eine authentische Erklärung (deren Entwurf er beifügt) erlassen, wonach die Uebertretung der kirchlichen Vorschriften, soweit sie nicht de jure divino sind, nicht als Todsünde gelten soll. Wir sehen, der gelehrte Kanonist ist zu einem verhältnismässig weiten Entgegenkommen geneigt, und es lässt sich kaum absehen wie bedeutsam die Folgen gewesen wären, wenn Cajetans Gesichtspunkte das Uebergewicht an der Kurie erlangt hätten. Aber ein zweites parallelgehendes Gutachten, welches wir aus der nämlichen Quelle hier veröffentlichen ¹⁾, zeigt, dass der Standpunkt jenes nicht von allen Kardinälen getheilt wurde. Verfasser ist, einer Aufschrift Aleanders zufolge, der nämliche Kardinal von Ancona, der jene sechs Fragen formuliert hatte; seine Antwort zeigt das Bestreben, das ganze kuriale System unangetastet zu belassen und die Protestanten mit einigen Scheinkonzessionen abzuspeisen, die für aussichtsreiche Verhandlungen keine Grundlage darboten.

I.

A. Fragepunkte.

(Aus Cod. Vat. 3924 fol. 323^a, gleichzeitig).

Circa protestationem in eventum dietae Spirensis quid agendum. Quomodo gerere se debeat legatus ²⁾, aut ubi morari in illis partibus, usque ad resolutionem Caesaris super rebus lutheranis, ut dignitatem conservet.

Si dieta Spirensis manente adhuc legato in Germania fieret, utrum legatus ad eam accedere vel in ea interesse deberet.

Quid remedii cogitandum circa foedus liberarum civitatum inter se ad defensionem heresis novae.

¹⁾ II, C.

²⁾ D. i. Kardinal Lorenzo Campeggi.

An ad Georgium ducem Saxoniae vere catholicum sit scribendum et ei gratulandum.

In genere si quid remedii cuiquam occurrat, quod ad comprimendam hanc heresim possit adhiberi.

Utrum requirendi sint oratores Angliei a rege ad dietam Spirensis indictam.

Ad Fridericum ducem Saxoniae electorem an sit scribendum et respondendum ipsius litteris et quomodo.

B. Responsiones cardinalis de Monte in re lutherana ¹⁾.

(Aus Cod. Vat. 3924 fol. 324^a-326^b).

Responsiones quæ iudicio meo videntur posse fieri ad interrogata nomine San^{mi} Domini Nostri in materia germanicae nationis et extinctionionis haeresis lutherianae, salvo semper prudentissimo iudicio San^{mi} Domini Nostri et correctione R^{morum} dominorum meorum.

In Dei nomine, imprimis ²⁾ videretur mihi rogandum et exhortandum esse Caesarem per San^{mm} Dominum Nostrum, etiam junctis literis sacri collegii conformibus, ut Majestas Sua pro christianae fidei defensione et apostolicae sedis reverentia ac honore Suae Majestatis et sacri Romani imperii tuitione et defensione, multis magnis urgentibus et rationalibus causis, effectualiter cooperari et exequi vellet, quod decretum sanctissimum nunquam satis laudatum, per Suam Majestatem in conventu Wormatiensi factum cum maturo consilio omnium electorum et procerum ac praelatorum germanicae nationis contra Lutherum haeresiarcam et ejus damnata et improbata dogmata et sectam et pendentia ab eis, effectualiter executioni mandari deberent et observari in omnibus, prout verbo solum in proxima praecedenti dieta deliberatum fuisse videtur, licet pro veritate nunquam servatum fuerit, sed illi in omnibus contra-

¹⁾ So l. l. fol. 327^b.

²⁾ Vgl. Pallavicino l. II c. 10 § 23: il primo fu de modi per ottener l'eseguzione del bando de Vormazia.

ventum, prout in universa Germania et Majestati Suae notissimum est. quam voluntatem et mentem Suae Majestatis Ill^{mo} fratri suo, principi Hispaniarum locumtenenti imperii, et aliis electoribus et principibus Germaniae intimare et significare debeat ac proprium oratorem, insignem aliquem virum, ad id exequendum personaliter destinare celebrationemque dietae et conventus indicti in civitate Spirensi in festo sancti Martini impedire vel prorogare vel saltem modificari facere, ne in ipsa de examinatione seu disputatione novae doctrinae seu lutherianae sectae semel damnatae et in decreto Wormariensi approbatae ¹⁾ aliquid disponere vel tractare seu disputare debeat, cum hoc non absque dedecore Suae Majestatis et apostolicae sedis injuria fieri possit ac indicti Wormatiensis decreti violatione et contradictione, prout in presenti praeterita dicta videtur deliberatum velle facere, licet prius se servaturos decretum Wormaciense asseruerint, prout ex ejus tenore apparet, digneturque Sua Majestas etiam civitatibus imperialibus idem significare ostendereque indignationem, quam merito debet concepisse erga eas ob inobservantiam et contradictionem dicti decreti Wormaciensis in materia lutheriana, et poenas, quas incurrerunt ob illius contraventionem in praestando favores apertos lutherianae sectae.

Placet et secundo loco ²⁾ consilium Suae Sanctitatis, quod fiat instantia cum regibus Angliae et Portugalliae, ut dietis civitatibus imperialibus pro observantia dicti decreti scribatur per ipsos, ne velint esse faultrices haereticorum, sed sint memores pristinae virtutis majorum suorum, illos persequi et apostolicae sedis sententiam in Wormaciensi decreto per Caesarem odito approbatam servare, cum comminatione quod illis non servantibus in bonis, mereibus, civibus et mereatoribus earum ea quae contra haereticorum fautores decreta sunt, observare cogentur, eorumque personas, bona, naves, merces in predam dare et eorum commercium in omnibus evitare facere, quae omnia cum oratoribus dictorum regum in curia existentibus per Sanctissimum Dominum Nostrum tractanda sunt, et operandum ut illi pro parte Sanctissimi Domini Nostri regibus suis scribant.

¹⁾ Nämlich die Verdammungssentenz der Kurie.

²⁾ Vgl. Pallavicino a. a. O. (ed appresso . . .)

Tertio in materia Bohemica ¹⁾ pro dignitate sedis apostolicae et auctoritate R^{mi} legati non placeret quod legatus, ab eis non invitatus neque vocatus, accedere deberet in Bohemiam ad componendas eorum res, sed eis instantibus et petentibus, vel rege eorum, qui est rex Hungariae, de eorum consensu, ad quod faciendum posset dictus rex tacite requiri per sedem apostolicam. accessus tunc R^{mi} domini legati non posset esse nisi utilis et valde proficiuus christianae religioni, praesertim si mora dicti R^{mi} legati in illis partibus ad aliquem finem futura esset diuturnior.

Quarto de protestatione facienda per legatum circa materiam futurae dietae celebrandae in civitate Spirensi et tractandorum in ea et materia petitionis concilii generalis, pro parvitate mei ingenii dicerem esse valde necessarium et utile, et magna cum deliberatione et maturitate faciendam esse protestationem illis principibus status Germanici, ne videretur approbare appunctionem per eos factam in praedictum christianae fidei et apostolicae sedis, et illi acquiescere et consentire quod super haeresi damnata per Romanum pontificem et approbata per Caesarem Majestatem iterum disputaretur.

Et primo pro petitione generalis concilii respondendum ²⁾ esse per eum, tanquam a se ipso, prout videtur in parte aliqua respondisse in suis replicationibus ³⁾, quod licet arbitretur San^{mm} Dominum Nostrum multis maximis urgentibus causis magis desiderare dictum concilium generale quam eos, praesertim pro sublevatione dignitatis et auctoritatis apostolicae sedis et pro libertate ecclesiastica et immunitate, quae diversis in locis opprimitur et conenleatur, pro totali heresum extinctione ac expeditione facienda pro defensione Christianitatis contra crudelissimum fidei hostem Turcarum tyrannum, tamen, cum materia sit gravissima et matura consultatione indigeat oporteatque in illa celebranda intervenire approbationem et consensum diversorum principum et non unius, sed diversarum nationum, concordareque de loco et tempore, et quod unicuique venturo ad dictum concilium praestari debet securitas et libertas veniendi ad ipsum, quae istis infelicissimis tem-

¹⁾ Von Pallavicino nicht erwähnt.

²⁾ Vgl. Pallavicino l. I. § 25, erste Hälfte.

³⁾ Vgl. Balan l. I. nr. 152 (pag. 333).

poribus nostris propter ardentia bella undique existentia et discordias capitales et exitiales omnium fere christianorum principum inter se dissidentium, ut notorium est, minime fieri possent, nisi prius sedatis illis et compositis. ad quod faciendum Sua Sanctitas indefessis studiis continue laborat, ut est notissimum, ad presens hoc fieri posse minime credit. super quo tamen hic determinate respondere non potest ¹⁾, cum San^{mi} Domini Nostri mentem exploratam non habeat, sed ea Suae Sanctitati referenda reservat in ejus re-ditu, sperans Sanctitatem Suam more optimi pastoris et sanctissimi pontificis, dum tempus aderit. justo ²⁾ eorum desiderio et necessitati christianae religionis satisfactorum, ac interim hortetur eos quoad pretensa gravamina allegata ³⁾, ut de illis San^{mo} Domino Nostro per eorum oratores veram notitiam praestare debeant, cum Sua Sanctitas semper sit disposita, etiam ante concilii celebrationem. [ut] ea quae rationabiliter emendari et corrigi debeant et in gravamen dictae nationis germanicae cedant, corrigantur et emendentur; ad quod faciendum Sua Sanctitas semper inclinata fuisse videtur, cum in principio suae electionis reformationem Romanae curiae juxta formam sacri Lateranensis concilii continuandam et prosequendam esse decreverit particularemque congregationem R^{morum} dominorum cardinalium ex omni ordine super hoc deputaverit, in qua (ut credit) continue proceditur, licet arbitretur quod plura ex dictis gravaminibus per determinationem sacri Lateranensis concilii proxime celebrati sublata sint illisque opportune provisum. ut ex bullarum ipsius concilii tenore videri potest, quae impressae sunt.

Postremo instetur per dictum R^{mum} legatum cum principe et aliis electoribus, ut predicatio verbi Dei juxta evangelicam veritatem per doctores approbatos expositam libere et opportune fieri possit et debeat absque alio impedimento, prohibitione, scandalo vel tumultu per fautores lutherianae heresis praestandis juxta tenorem dicti decreti ⁴⁾. protestatione facta pro parte civitatum imperialium (minus honeste quam decuisset) non obstante ⁵⁾, quam

1) Anfangs: hic indeterminate respondere potest.

2) justo nachträglich über der Zeile hinzugefügt.

3) Vgl. Pallavicino l. I. § 25, zweite Hälfte.

4) Nürnberger Reichsabschied § 29 (Neue Sammlung II S. 258).

5) Ranke, Deutsche Gesch. II^s S. 96 f. Janssen II S. 331.

revocari facere (si fieri potest) studeat, vel saltem per dictos principes et electores aperte rejiciatur, tanquam continens favorem et defensionem lutherianae haeresis jam damnatae et de directo contraria Wormaciensi decreto et contentis in eis, quod ipsi confessi sunt velle servare.

Ultimo quoad celebrationem dietae Spirensis futurae studendum foret per dictum R^{mu} legatum, ut (si fieri potest) non celebraretur, cum materiae in illo tractandae sapere videantur manifestam defensionem jam damnatae lutherianae haeresis et aliorum articulorum et materiarum pertinentium ad cognitionem et determinationem apostolicae sedis et San^{mi} Domini Nostri vel deputatorum ab eo, vel saltem (si hoc fieri non poterit) instetur apud Ill^{mu} principem locumtenentem imperii et alios principes Germanicae nationis et electores in dicta dieta intervenire debentes, praesertim ecclesiasticas personas ¹⁾, quod nullo pacto pati debeant quod tales materiae in dicta dieta tractentur vel examinentur vel disputentur, cum de materia fidei et ecclesiasticarum personarum statum concernente Romana ecclesia nullo pacto sit passura in laicorum conventu vel congregationibus disputari vel discuti, et quod quando secus fieret, dictus princeps et praelati ecclesiastici ad dictam dietam aliquo pacto accedere non deberent, de quibus dictus R^{mus} legatus faciet expressas protestationes et prohibitiones ²⁾, ubi opus fuerit, autoritate suae legationis et San^{mi} Domini Nostri nomine.

Et quando premissa ad dictae dietae celebrationem impediendam vel moderandam non sufficerent, arbitraretur non esse ab eo quod San^{mus} Dominus Noster procuraret per suas literas vel nuntium, hoc idem fieri per literas et mandata Caesareae Majestatis, quod optimo jure et magnis rationibus fieri poterit et deberet, insinuando se eidem dietae velle personaliter interesse et propterea eam differri debere usque ad adventum ejus in Germania ³⁾, cum materia videtur esse gravissima et ejus indigere presentia, dicto Wormaciensi decreto tamen in observantia sui semper servato, ut merito fieri debet pro honore Suae Majestatis.

¹⁾ Vgl. Pallavicino l. l. § 24.

²⁾ Pallavicino l. l. ne facesse oltre a ciò protesto solenne

³⁾ Vgl. Pallavicino § 24 am Ende.

De reditu autem dicti legati, si Bohemica materia eum non detinet, Sanctitas Sua deliberabit, prout sapientissimo ejus judicio videbitur expedire.

E. Bⁿis

servus A. car. de Monte ¹⁾.

C. Instructiones cardinalis Araceli in re luterana ²⁾.

(Aus cod. Vat. 3924 fol. 333^{ab}, ganz eigenhändig).

In capitulo eorum que sunt conclusa per senatum imperii circa novas doctrinas, ut verbis illorum utar, cum non sint doctrine, sed hereses, nec nove, sed antique. ut patet solerter intuentibus, est multiplex venenum, licet superficialiter appareat rationale et ad propositum.

Primo apparet per decretum suspecta mutatio imperatoris. cum locumtenens et orator ipsius consenserint ut illud quod in decreto Vormaciensi fuit aperte prohibitum et reprobatum, nunc deducatur in disceptationem et disputationem in dieta Spirensi, ut patet in hoc: « et ne bonum cum malo supprimatur » ³⁾, quod valde notandum est, quia latenter inquit quod in erroribus Martini sit aliquid bonum, et ita consequenter contradicit decreto Vormaciensi. ubi tota doctrina et libri Martini sunt reprobandi: et ita sequitur necessario mutatio. item ex hoc sequitur contradictio damnationis facte a sede apostolica de doctrina, de libris Martini. item sequitur ex hoc manifesta subtractio a determinatione ecclesie.

De qua mutatione sic dicitur in facto: aut est in persona Cesaris (si est) vel quia aliter non potest facere, vel quia non vult aliter facere. si primum, non est modicum malum, quia tunc non esset multum hac via sperandum. si secundum, scilicet quia non vult, hoc potest esse dupliciter: vel quia a se ipso, vel quia ut stimulatus ab aliis, pone: suis consiliariis. si primum, non est

¹⁾ Unterschrift eigenhändig.

²⁾ So l. l. fol. 334^b.

³⁾ Reichsabschied § 28, a. a. O. S. 258.

putandum de tam bona mente, jam alias per multa argumenta ad contrarium existente. si secundum, quod magis est ambigendum. tunc est adhibendum remedium secundum sapientiam et plurimam prudentiam San^{cti} Domini Nostri et consilium R^{omorum} dominorum meorum deputatorum, et presertim insinuando ipsi Cesari quod papa semper est paratus facere omnimodam provisionem, quantum est in se; sed sine assistentia et suffragio et gladio ipsius Cesaris in hoc pernecessarii nihil poterit prodesse. et tunc in isto casu excusat se coram Deo et hominibus, quod per se non stat quin absceindatur hoc venenum. est etiam scribendum quod bene caveat. quia hoc vergit in detrimentum sue auctoritatis, scilicet ipsius Cesaris, ut fuit luculenter et disertissime de hesterna die allegatum per R^{omos} dominos deputatos. et sunt adducenda omnia que possunt deducere Cesarem in opinionem pro ecclesia et sede apostolica. et abducere a contraria opinione vel ab inductione et stimulatione ab aliis ad hoc. et credo quod facillime fiet, sua presertim optima mente semper perspecta et cognita in favorem sedis apostolice.

Secundo apparet majus venenum in petitione concilii generalis in tribus verbis. primum verbum: « generale, liberum et universale concilium »; secundum verbum: « de consensu nostro »; tertium verbum: « ad locum convenientem in Germania, prout decet. »¹⁾ in quibus verbis sunt notanda venenosa mysteria; nam quando dicit: generale, liberum et universale, ponit liberum pro accessu Martini et suorum complicitium et ita latenter revocatur damnatio facta ab ecclesia et sede apostolica. quando dicit: de consensu nostro. detrahit auctoritati pontificie et sedis apostolice. ad pontificem enim spectat ordinatio libera concilii congregandi, et ita in hoc latenter vult reducere ad jus humanum quod est de jure divino, et facere quod fiebat in principio tempore Constantini. et hoc est unum de fundamentis Lutheri. quando vero dicit: ad locum convenientem cet., hoc est magis perniciosum. et ideo quantum ad istum articulum de concilio, si conceditur, est malum; si negatur, est pejus. est ergo tenenda via que sit et cum conservatione honoris et po-

¹⁾ Reichsabschied § 25: ... eines gemeinen, freien Universalconcilii so durch Päpstliche Heiligkeit mit unser Bewilligung an gelegene Mahlstatt in Teutscher Nation, wie sich gebührt, verkündt und ausgeschriben werden [soll].

testatis sancte sedis apostolice. et primo est respondendum quod ista verba implicant contradictionem. nam quod sit liberum concilium et quod fiat in Germania, implicant, quod ad Germaniam non accederent libere omnes nationes christiane. est etiam contradictio quod fiat de consensu Cesaris et non aliorum regum, qui debent etiam consentire, non est libertas. non potest tamen neque debet negari simpliciter concilium. sed sunt adducende cause, ex quibus de presenti non potest indici. videlicet turbines bellorum Turcarum, discordie principum Christianorum, annus sanctus jubilei ¹⁾ cet., ut hesterna die fuit abunde dictum. est etiam allegandum de incongruitate loci, quia, cum [in] Germania maxime libere terre sint pro majori parte infecte veneno et morbo luthetano, non est locus aptus ad sanandum morbum, quia infectio non sanatur nisi per locum sanum et non contagiosum. si hoc de corporali morbo, multo magis de spirituali et magis contagioso et pernicioso est credendum, maxime cum locus conciliorum debet esse ad hoc, ut concilium possit prodesse negotio pro quo fit, quod minime putandum est posse fieri. ut supra.

Tertio est venenum apertissimum in dieta Spirensi. nam primo revocant in dubium quod jam est a sede apostolica et per edictum imperiale Vormaciense damnatum; secundo usurpant sibi auctoritatem determinandi ea que ad eos non spectant; tertio, ut fecte colorent suam fraudem, adducunt de gravaminibus etc. et ideo, quantum ad hunc articulum, est instandum apud Cesarem quod ista dieta non fiat, cum de directo contradicat auctoritati ipsius Cesaris, ut fuit hesterna die dictum, et allegandum illud edictum Mauricii imperatoris et alia multa, que fuerunt adducta, et si hoc non potest obtineri, saltem fiat protestatio, quod nullo modo habent determinare de hiis que non spectant ad suam auctoritatem, presertim cum talia non solum spectent ad nationem Germanicam, sed tangant totam nationem christianam, quia catholica et apostolica fides complectitur omnes fideles Germanos Gallos Anglos

¹⁾ Nach den Konsistorialakten hatte der Papst im Konsistorium des 18. März proponiert publicationem jubilei pro anno futuro 1525, ut moris est, cum revocatione quaruncumque indulgentiarum, et ita fuit conclusum de consensu R^um^or^um dominorum, Cod. Barb. XXXVI, 2 fol. 24^a.

Italos cet. et ita quod tangit omnes, ab omnibus debet approbari vel reprobari.

Quarto latenter insinuant quod volunt prius ipsi in tali dieta vel congregatione particulari [definire] quid sit postmodum concludendum et determinandum in concilio generali. quod dilligentissime est precavendum, quia nunquam amplius posset ammoveri a cordibus ipsorum illud quod per talem dietam esset conclusum, ita quod videntur latenter usurpare sibi etiam determinationem generalis concilii. et hec omnia sunt commenta et adinventiones Lutheranorum, timentium confusionem suorum errorum et colorantium et abscondentium apertissimum venenum sub velamine concilii, quod tamen haecenus improbarunt sub velamine disputationis, ut fugiant damnationem sedis apostolice, sub velamine gravaminum, que gravamina omnia sunt fundamenta lutherana. et ideo oportet quod ars arte deludatur.

Hec sunt que breviter sentio, San^{mi} Domini Nostri et R^{morum} dominorum meorum deputatorum divino et prudentissimo consilio, iudicio et sententie semper me in omnibus et per omnia remittendo. et hoc quantum attinet ad decretum factum Norimberge.

De aliis quatuor que San^{mus} Dominus Noster requirit, scilicet de scribendo Cesari, de scribendo regibus ¹⁾, de negocio Bohemorum, de protestatione fienda de diea Spirensi, subscribo sententie et voto San^{mi} Domini Nostri, et prefatorum R^{morum} dominorum meorum.

Cardinalis Araceli manu propria.

II.

(Aus cod. Vat. 3917 fol. 32^b-35^a).

A. Petita ab Anconitano cardinali ²⁾).

Quid videatur statui posse ob concordiam faciendam, si Lutherani persistent in petitione eorum quae infra scribuntur:

Primum de nuptiis sacerdotum et religiosarum personarum in posterum celebrandis.

¹⁾ Von England und Portugal; s. das Gutachten Monte's.

²⁾ Diese Aufschrift findet sich, von Aleanders Hand, fol. 32^a.

Secundo de conjugiiis jam contractis et susceptis liberis.

Tertio de communione sub utraque spetie.

Quarto de missa cum neutro vel altero tantum canone celebranda.

Quinto de festis diebus et eorum vigiliis.

Sexto de esu carniium hactenus interdicto ab ecclesia, et de jejuniis.

B. Gutachten des Kardinals von S. Sisto ¹⁾.

In hac conventione distinguendum in primis est inter credenda et agenda. et quia credenda sunt divini juris, nulla competit relaxatio, sed oportet Lutheranos et credere et fateri se credere omnia et singula quae universalis ecclesia credit, quae et ipsi et patres eorum crediderunt ante hanc novitatem lutheranam.

Verum siste hic. cavendum a duobus: altero ne petatur a lutheranis doctoribus quod retractent dicta et scripta; sed sat sit quod desistant. altero ne petatur a principibus aut aliis publica professio fidei cum cerimonia; sed sat sit quod dicant credere etc. et ratio cautelae est; quod, si horum aliquid exigeretur, universa conventio rueret; nunquam enim ad haec adduci possent. emplastrum enim toleratur.

Quoad agenda vero, universa petita a Lutheranis ad quinque capita reducuntur, quae sigillatim subjunguntur:

1. Quoad conjugium clericorum, deinceps concedi potest ut in conjugiiis servetur lex Graecorum, ita ut licite in Germania sacerdotes habeant uxores quemadmodum Graeci.

2. Quoad conjugia jam contracta etiam contra ritum graecum. non scriptura, sed dissimulatione opus est.

3. Quoad comunionem sub utraque spetie, concedi potest juxta formam bullae Basiliensis ad Bohemos.

4. Quoad missam, nullo pacto concedatur quod cum altero tantum canone dicatur, sed cum utroque; esset enim valde scandalosum.

5. Quoad ecclesiastica precepta, sive circa sacramenta sive

¹⁾ Von Aleanders Hand fol. 35^b: S. Xysti.

circa quaecumque alia, nihil est mutandum in specie, sed in genere moderamen subjunctum potest adhiberi comune omnibus praeceptis humanis: ubi advertendum est quod quaecumque possunt obijci a Lutheranis, per hoc moderamen in genere cessant; quia aut ea quae in medium proferunt sunt divini, aut humani juris. si sunt ex divino jure, ecclesia non potest illa tollere; si sunt ex humana autoritate, moderamen hoc in foro conscientiae tollit omnem scrupulum, et propterea diligenter libratum hoc decretum omnibus satisfacit objectis in foro conscientiae, et eum hoc non recedit a veritate evangelica et placebit omnibus nationibus mundi.

Prima erunt specialia privilegia Germaniae; hoc autem decretum comune universae Christi ecclesiae erit.

Tenor decreti.

Humana praecepta quaecumque, tam a jure sive communi sive speciali quam ab homine, etiam excommunicatione latae sententiae adjecta, obligare in foro conscientiae sic, ut si in aliquo eventu ex rationabili causa eorum aliquod non servetur, excusari a peccato; si vero ex fragilitate humana non servetur, leviter vel graviter vel etiam gravius juxta peccandi libidinem, peccari quidem, non tamen mortaliter, si contemptus desit, decernimus ac diffinimus. contemptores siquidem nulla ratione a mortali peccato excusantur. verum nemo se ipsum vel alium reducat, ut ex hoc tam salutifero decreto occasionem sumat dicendi quod absque contemptu ducens consanguineam in uxorem non peccat mortaliter; vel quod absque contemptu occupans beneficium alterius non peccat mortaliter, pro eo quod ex positivo jure conjugium inter consanguineos prohibetur et ecclesiastica distributione beneficia appropriantur. nullus enim in his et similibus scienter committens excusatur a peccato mortali, quia undecumque mulier impedimentum habeat ut non sit tua, nihil refert; constat enim quod cognoscere mulierem non suam, peccatum est mortale ex divino jure. et propterea quamdiu mulier non est tua legitima uxor, in mortali peccato perseveras cognoscendo illam. et similiter undecumque aliquis legitime habuerit beneficium, nihil refert; perspicuum est enim

quod occupato: rei alienae peccat contra divinum jus. et quod exempli causa in his casibus declaratum est, intelligendum est in similibus.

C. Responsa cardinalis Anconitani ¹⁾.

Advertendum quod, si quid concedendum est istis Lutheranis, debet haberi bona cautio ab eis quod de cetero vivent tanquam veri Christiani et conformabunt se ritibus et ordinationibus universalis ecclesie et vivent sub obedientia San^{mi} Domini Nostri pape et sedis apostolice, ita quod hujusmodi scisma omnino tollatur. quod si aliquo tempore defecerint, concessionem omnes eis facte a sede apostolica nullius sint roboris et momenti.

Ad primum et secundum quesitum respondetur, quod non potest concedi quoad religiosos, propter difficultatem theologorum et doctorum in materia dispensationis super voto, quod religiosi ipsi in professione regule expresse emittunt, scilicet de servanda castitate. et quia religiosi hujusmodi sunt dispersi inter omnes Christianos, esset dedecorare statum universalis ecclesie, quod papa secundum opinionem aliquorum non potest. quo vero ad presbiteros seculares, quia fuerunt opiniones aliquorum canonistarum quod posset dispensari cum eis, quia in receptione sacri ordinis castitas non est de substantia: sed tamen textus dicit quod emittitur votum castitatis in susceptione sacri ordinis. et quia multi sunt ignorantes, nescientes hujusmodi emissionem voti, propterea et ad tollendum scisma in causa fidei, prout alias in alia materia factum fuit, dispensari potest cum his secularibus presbiteris vel existentibus in sacris ordinibus, quod cum susceptis uxoribus et liberis possint permanere. in futurum vero quod prefati seculares recipiant uxores, nullo modo potest dispensari, et ita alias repetitur factum in simili in Christianis, qui secundum legem Mosaicam capiebant uxores fratrum defunctorum sine liberis. videlicet dispensando de preterito, in futurum vero prohibendo propter bonum fidei. et maxime in futurum non potest fieri dispensatio, quia ecclesia occidentalis re-

¹⁾ So von Aleanders Hand, fol. 36^b.

cepit celibatum, et sic esset dedecorare statum universalis ecclesie, quod papa non potest.

Ad tertium respondetur quod potest fieri, sicut ordinatum fuit in concilio Basiliensi, videlicet quod publice predicetur et declaretur populo quod possint communicari sub utroque spetie, ita tamen quod credant quod ecclesia, que hucusque communicavit sub una spetie, non erravit.

Ad quartum respondetur quod, quia dicunt de neutro vel altero canone misse etc., sciendum est quod tex. et doc. accipiunt proprie canonem, id est verba Christi consecratoria, non autem precedentia vel sequentia: ita quod, si ipsi intelligunt de verbis Christi consecrationis panis et vini, hoc esset expresse dispensare contra Christum et contra jus divinum. si autem intelligunt de precedentibus, id est incipiendo a: ' te igitur ', etc. et sequentibus consecrationem, tum esset scandalosissimum dispensare contra consuetudinem et statum universalis ecclesie, que ita servavit et servat.

Ad quintum de festis et eorum vigiliis, si intelligunt de non jejunandis vigiliis universaliter, esset contra canones et observationem universalis ecclesie et scandalosissimum. si vero intelligunt de non custodiendis festivitatibus, bonum est quod exprimant de quibus, quia de solemnibus festivitatibus, de quibus habetur in C. fi. de feriis ¹⁾ et multis aliis locis ²⁾, non sine maximo scandalo dispensaretur contra canones et observationes universalis ecclesie, quia docet divus Hieronymus et alii multi ³⁾ hujusmodi festivitates ex magna causa et pertinente ad jus divinum ⁴⁾ institutas esse. quo vero ad festivitates alias multas non ita sollemnes, quia in multis locis non custodiuntur, sed non cessatur ab operibus servilibus, licet sancti sint fortasse canonizati et etiam sub duplici officio festa eorum celebrarentur ⁵⁾, posset dari potestas ordinariis

¹⁾ Dekret. Greg. IX lib. II tit. IX de feriis (cap. 5).

²⁾ de quibus - locis am Rande nachgetragen.

³⁾ et alii multi über der Zeile nachgetragen.

⁴⁾ Nach festivitates ist getilgt: ob sinceritatem [sic?]; dafür an den Rand gesetzt: ex magna causa - divinum.

⁵⁾ Nach custodiuntur sed sind einige Worte getilgt (unleserlich); für dieselben non cessatur - celebrarentur an den Rand gesetzt.

locorum in Alemania quod, si viderint non esse scandalosum, possent dispensare.

Ad sextum respondetur, quod est contra universalem observationem ecclesie et status ejus dedecoraretur, quod, ut supra dictum est, fieri non potest. posset tamen concedi eis in diebus quadragesimalibus usus laticiniorum, quando id peterent. de vigiliis autem non jejunandis esset valde scandalosum ¹⁾ et contra consuetudinem receptam ab ecclesia antiquitus, quando videlicet vigilie noctis tempore celebrantur et populus ibat ad ecclesiam et ibi vigilabat audiendo orationes et alia que tunc fiebant in ecclesia. et loco earum vigiliarum, quia fiebant in nocte multa scandala, substituta sunt jejunia, que in vigiliis fiunt.

¹⁾ Hiernach einige Worte getilgt (unleserlich).

AKTEN
ZUR REFORMTHÄTIGKEIT FELICIAN NINGUARDA'S
INSBESONDERE
IN BAIERN UND OESTERREICH
WAEHREND DER JAHRE 1572 BIS 1577
HERAUSGEGEBEN
VON KARL SCHELLHASS

(Fortsetzung von Band 1 p. 39-108 und 204-260, Band 2 p. 41-115 und 223-284)

44. Ninguarda an Como: Erklärung Dr. Weber's im Namen ¹⁵⁷⁵ des verhinderten Kaisers wegen schleuniger Ersetzung der fremden ^{Jan. 1} durch deutsche Mönche in den drei Wiener Klöstern; Verlangen Felician's, dass man mit den Oberen der beiden andern Orden verhandeln solle; in Erwartung der kaiserlichen Antwort. 1575 Jan. 1 Wien ¹).

V in Germ. Vol. 88 fol. 94^{ab} Original.

Per la posta passata avvisai V. S. Ill^{ma} ch'era stato chiamato qua da S. M^{ta} C. per alcuni negocij d'importanza da trattare ²). hora l'avviso, che essendo S. M^{ta} C. stata indisposta et adesso occupata per la venuta del ser^{mo} archiduca Carlo et del suo ambasciatore di Constantinopoli et altri di altri principi ³) ha ordinato

¹) Wegen der Beförderung siehe Nr. 45 p. 23 nt. 1. Die Antwort auf diese Nr. und die Nr. 45 siehe Nr. 52.

²) Siehe Q. F. 2 p. 283 f.

³) Wegen Erzherzog Carl siehe Q. F. 1 p. 99 nt. 6. — Aus Constantinopel war am 27. Dezember 1574 der kaiserliche Gesandte Karl Rym zurückgekehrt, vgl. Näheres Turba, Venetianische Depeschen vom Kaiserhofe Bd. 3 p. 551 nt. 1. — Bei den Gesandten anderer Fürsten mag man an den Abgeordneten des französischen Königs, den Seneschal Guadagni, der am 26.

al signor dottor Weber, che mi parli sopra di ciò et dichi la causa, per la quale m' ha fatto venire. et ragionando io con S. Signoria m' ha detto in conclusione ¹⁾, che è acciò si mandino via tutti li frati forastieri di questi tre monasterij di Vienna, secondo che già scrissi la pasqua passata a V. S. Ill^{ma} ²⁾, et che in luogo loro si debbano metter Tedeschi ³⁾. al che risposi io, che quanto al convento de l'ordin mio già haveva provisto di Tedeschi ⁴⁾ et quanto a gl'altri, ch' io non li poteva dar risolutione alcuna, ma che se trattasse ciò anco con i loro superiori et si vedesse quel tanto che si può fare. et instando S. Signoria, che la mente di S. M^{ta} C. è che si metta questa cosa in essecutione avanti la sua partita per Boemia, che sarà in breve, et rispondendoli io in difesa, S. Signoria disse di volerne di nuovo parlare con S. M^{ta} C. et che poi me ne daria la risposta. la quale io ho solecitato, ma S. Signoria per li sudetti impedimenti non ha potuto ancora ragionarne con S. M^{ta} C.: aspetto però di giorno in giorno haverne risolutione. ma, a quanto si può comprendere, sarà difficile di resister, perchè la cosa è molto fermata. et per dirla a V. S. Ill^{ma} credo, che in causa ne siano li scandali, che non mancano alcuni ancora da dare. ma occorra ciò che si voglia, che 'l nostro è provisto. havuta che haverò la risolutione di questa cosa ne darò avviso a V. S. Ill^{ma}, a la quale etc. (Glückwunsch zum Jahreswechsel). di Vienna il primo giorno del 1575.

1574
Apr. 11

1575
Jan. 1

1575
Jan. 2

45. Mittheilungen Ninguarda's und des Nuntius Delfin an Como. 1575 Jan. 2 Wien.

oder 27. Dezember angelangt war (siehe Germ. Vol. 72 p. 9), und an den neuen Gesandten von Ferrara, Carandino, der am 31. Dezember seine Antrittsaudienz beim Kaiser gehabt hatte (siehe a. a. O. p. 10), denken. Siehe auch Turba a. a. O. p. 553 nt. 4.

¹⁾ Vgl. zum Folgenden Q. F. 1 p. 99 nt. 7 und oben p. 37 nt. 6.

²⁾ Darüber hatte Felician erst am 30. April 1574 des Näheren an Como berichtet, vgl. Q. F. 2 p. 225 l. 1 ff. Seine Mittheilungen vom 16. April (siehe a. a. O. p. 93) waren sehr unbestimmt gehalten.

³⁾ Dass Weber mit dem zeitweiligen Verschluss der Kirchen und Klöster und dem Einziehen der Einkünfte durch Deputierte drohte, falls sich für den Augenblick keine deutschen Mönche finden sollten (vgl. Nr. 45 p. 24 nt. 5), erwähnt Ninguarda hier nicht.

⁴⁾ Siehe Q. F. 2 p. 226 nt. 1; vgl. oben p. 55 nt. 5.

A. Ninguarda an Como: Audienz des Nuntius beim Kaiser; ¹⁵⁷⁵Jan. 2
 Delfin's Eindrücke. Deutsche Mönche im Predigerkloster; zwei Obere
 allenfalls für die beiden andern Convente. Reisepläne (Wünsche
 Erzherzog Carl's). 1575 Jan. 2 Wien.

V in Germ. Vol. 88 fol. 96^a Original.

Hiermattina scrissi l' inclusa ¹⁾ a V. S. Ill^{ma} pensando, che ^{Jan. 1}
 la posta si dovesse partire hiesera, ma la non si parte sin' a ^{Jan. 1}
 questa sera. però ho voluto aggiongere quest' altra, havendo mon- ^{Jan. 2}
 signore r^{mo} nuntio hieri parlato a S. M^{ta} C. sopra questa cosa et ^{Jan. 1}
 ritrovato, che non è tanto quanto il signor dottor Weber m' havea
 riferito, ma è però puoco manco, sicome V. S. Ill^{ma} intenderà per le
 lettere di S. S. R^{ma} ²⁾. quanto al nostro convento io non ho altra paura,
 perchè già gl' ho provisto di frati Todeschi ³⁾, et per li altri doi di
 S. Francesco et S. Agostino già n' ho per le mani doi tali quali, che
 metterò per adesso superiori occorrendo che si debba essequire questa
 cosa, acciò non si perdino li conventi ⁴⁾. ma prima starò a veder quel
 che si concluderà. et vorrei questa settimana ⁵⁾ spedirmi di qui, acciò
 possa ritornare a finir la visita di Moravia et poi andarmene in
 Stiria ⁶⁾, havendomi il ser^{mo} archiduca Carlo ancora hoggi fatto fare ^{Jan. 2}
 istanza, acciò vada là quanto più presto per il molto bisogno di
 quelli conventi ⁷⁾. et spero, che ritornerò qua spedito di Moravia
 fra quindeci giorni. con questo etc. di Vienna il secondo giorno ¹⁵⁷⁵
 del 1575. ^{Jan. 2}

B. Nuntius Delfin an Como: Beschwerde beim Kaiser in ¹⁵⁷⁵Jan. 2
 der Audienz vom 1. Januar über die Aeusserung Dr. Weber's Nin-
 guarda gegenüber wegen etwaigen Verschliessens der Klöster nach
 dem Abzug der italienischen Mönche; beschwichtigender Hinweis
 Maximilian's auf seine Bemühungen, deutsche Mönche in deren

¹⁾ Die Nr. 44. — Die Antwort siehe Nr. 52.

²⁾ Siehe den Brief Delfin's unten l. 24 ff.

³⁾ Vgl. Q. F. 2 p. 226 nt. 1. Welche Vorkehrungen er sofort nach dem
 Gespräch mit Weber traf, zeigt p. 37 nt. 7; vgl. p. 27 nt. 2 und p. 55 nt. 5.

⁴⁾ Vgl. p. 27 nt. 1 und die Antwort p. 56 nt. 1.

⁵⁾ Januar 2 war ein Sonntag.

⁶⁾ Vgl. Q. F. 2 p. 284 l. 8 ff. und oben p. 28 nt. 1.

⁷⁾ Vgl. hierzu und zum Folgenden Q. F. 1 p. 102 nt. 1. Siehe die Ant-
 wort p. 56 nt. 4.

Stelle einrücken zu lassen; Besorgnisse Delfin's; das Treiben der Italiener ausserhalb Wien's. 1575 Jan. 2 Wien ¹⁾).

V in Germ. Vol. 72 p. 12-14 Original. In verso « 2^{da} » (Delfin schrieb am 2 Januar 3 Briefe an Como; siehe demnächst die Edition der kaiserlichen Nuntiaturs).

Il padre Feliciano, come V. S. Ill^{ma} et R^{ma} harrà inteso da
 Dez. 25 lui, chiamato da S. M^{ta} ritornò qui hoggi otto giorni ²⁾. et andato
 al signor Bebbber ³⁾ per sapere la causa di questa sua rivoactione
 gli fu detto da S. Signoria, che S. M^{ta} avanti la partita sua per
 Praga haveva risoluto che tutti i frati Italiani si partissero di
 Vienna et, non se ne ritrovando di Tedeschi, che si serrassero le
 chiese et monasterii et che si deputassero persone da bene a ri-
 scuotere l'entrate d'essi per serbarle fin che si ⁴⁾ provedesse per
 qualche via di altri di questa natione ⁵⁾. della quale cosa essendo
 io restato maravigliato, discordando tanto da quello che prima
 Jan. 1 s'era risoluto, narraì hieri ⁶⁾ a S. M^{ta} ciò che havevo inteso dal
 sudetto padre mostrandole, se pur questa resolutione era vera,
 cosa ch'io non potevo indurmi a credere, quanto dispiacere ha-
 verebbe apportato a S. B^{ne} et scandalo a tutti i catholici. a le
 quali mie querelle S. M^{ta} rispose, che era ben risoluta di levare
 tutti i frati Italiani di questa città, ma non già di chiudere le
 chiese ⁷⁾, et che già haveva scritto al ser^{mo} arciduca Ferdinando
 et al signor duca di Baviera per havere frati Germani da met-
 tere in luoco di questi ⁸⁾, et però haveva fatto chiamare il padre

¹⁾ Vgl. p. 23 nt. 2. Die Antwort Como's siehe p. 56 nt. 2.

²⁾ Am 24. Dezember Abends war er bereits angelangt, vgl. Q. F. 2 p. 284.

³⁾ Dr. Weber.

⁴⁾ Am Rande ein senkrechter Strich.

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus prioribus consilio populo et communi Perusinis* etc. — Absit a nobis filii. — Dat. Avinione Idibus martii p. n. anno undecimo.

De Curia: *B. de Vidalho.*

1327. *Avignon.*
mart. 15.

LXXIII. Notificat se quibusdam ducatus Spoletani communitatibus scripsisse ad milites conscribendos, quo melius Ecclesia

Romana et rector dicti ducatus contra rebelles resistere possent. (— Arch. com. n° 76; — Reg. e Doc. p. 503).

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio populo et communi Perusinis* etc. Super conducendis in ducatu. — Dat. Avinione Idibus martii anno undecimo.

A tergo: *pro tallia ducatus.*

LXXIV. Infrascriptos rogat ut, civitatibus vicinis adjuvantibus, jura Ecclesiae Romanae defendant contra Ludovicum de Bavaria qui injuste regis Romanorum nomen usurpaverat. (— Arch. com. n° 77; edita integre in Reg. e Doc. p. 503).

1327. Avignon,
april. 29.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Dnm vestrorum progenitorum vestramque fidem etc. — Dat. Avinione III Kalendas maii p. n. anno undecimo.

A dextra: *P. de Rivo.*

LXXV. Nuntiat se a Johanne papa XXII deputari ad pacem ubique reformandam. (— Arch. com. n° 63. Edidit Aloisius Fumi: *Eretici e ribelli nell' Umbria dal 1320 al 1330.* Perugia 1889, p. 183).

1327. Perugia,
mai 18.

Johannes miseratione divina Sancti Theodori diaconus cardinalis A. Sedis legatus *universis Christi fidelibus* etc. Perusii XV Kalendas junii p. anno undecimo.

LXXVI. Infrascriptis commendat Petrum de Imola ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani priorem de Roma eosque rogat ut in negociis Sanctae Sedis expediendis eum adjuvent. (— Arch. com. n° 78).

1327. Avignon,
jun. 16.

Johannes etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus artium consilio et communi Perusinis.* — Dilectum filium Petrum de Imola. — Dat. Avinione XVI Kalendas julii p. n. anno undecimo.

Super plica: *P. de Rivo.*

LXXVII. Infrascriptos rogat ut preces favorabiliter exaudiant Richi Corboli mercatoris Perusini, ejusque uxoris et filij qui monasterium quoddam in loco dicto « S. Girolamo et S. Bevnate » construere volebant, et ut bona ab eis ad constructionem empta gabellis seu vectigalibus omnibus liberentur. (— Arch. com. n° 79).

1327. Avignon,
jul. 7.

Johannes etc. — *Dilectis filiis rectoribus et communi Perusinis* etc. — Exposuit nobis dilectus. — Dat. Avinione nonis julii anno undecimo.

Super plica a dextera: *Gaucelinus Martini.*

1327. *Avignon*,
novembr. 29.

LXXVIII. Rectori mandat ut monasterium Sancti Eutichii in ducatu Spoletano nomine Ecclesiae Romanae capiat. (— Arch. com. n° 83).

Johannes etc. — *Dilecto filio Johanni de Amelio archidiacono Foro juliensi ducatus Spoletani rectori* etc. Etsi ex injuncto. — Dat. Avinione III Kalendas decembris p. n. anno duodecimo.

Super plica a dextra: De Curia: *B. de Vidalho*; — a tergo: *R[egistrata]*, — *Anno domini MCCCXXVIII die primo mensis martii presentate fuerunt presentes littere domino Johanni rectori ducatus Spoletani, per Pellulum de Perusio*; — *vicesima secunda*.

1327. *Avignon*,
novembr. 29.

LXXIX. Monasterium Sancti Eutichii in ducatu Spoletano, videlicet roccam fortem et bene munitam cum omnibus bonis et pertinentiis, Camerae Apostolicae in Spoletana civitate existenti unit et adjungit. (— Arch. com. n° 84. Edidit A. Fumi, ut supra, p. 115 n° 1).

Johannes etc. — *Ad perpetuam rei memoriam*. Etsi ex injuncto nobis — Dat. Avinione III Kalendas decembris anno duodecimo.

Super plica a dextera: De Curia: *B. de Vidalho*; — a tergo: *R.VII*; — similes mentiones ut in n° 78.

1328. *Avignon*,
decemb. 11.

LXXX. Rogat eos ut Johanni tituli Sancti Theodori presbitero cardinali, A. S. legato auxilium praestare velint. (— Arch. com. n° 80).

Johannes etc. — *Dilectis filiis regiminibus prioribus artium consilio populo et communi Perusinis* etc. Ex illo instinctu. — Dat. Avinione III Idus decembris anno undecimo.

1328. *Avignon*,
decembr. 1.

LXXXI. Infrascripto rectori mandat ut jura jurisdictionemque ad monasterium Sancti Eutichii pertinentia, nunc Camerae papali adjuncta, capere vel recuperare velit. (— Arch. com. n° 85).

Johannes etc. — *Dilecto filio Johanni de Amelio archidiacono Foro juliensi ducatus Spoletani rectori* etc. Cum nos publice. — Dat. Avinione Kalendis decembris anno tertio decimo.

De Curia: *B. de Vidalho*; — a tergo: *Vicesima tertia*.

1330. *Avignon*,
novembr. 1.

LXXXII. Petitionibus archipresbiteri et canonicorum Ecclesiae Perusinae annuens, edicit ut cellae eorum palatio communalis contiguae quae occupabantur ab officialibus communis Perusini sine mora restituantur. (— Arch. com. n° 93).

Johannes etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus ceterisque officialibus communis Perusini* etc. Ad ea que justiciam. — Dat. Avinione Kalendis novembris p. n. anno quinto decimo.

In plica a sinistra: *Jo. Aud. XII (taxe)*; — a tergo: *P. de Meunaco: R[egistrata] DXXVII*.

LXXXIII. Cum jam concessisset ut ecclesiasticæ personæ in studio Perusino per decennium residentes nullas gabellas solverent, beneficiisque fruerentur, de novo hoc privilegium per decennium prorogat. (— Arch. com. n° 90). ^{1331. Avignon, sept. 11.}

Johannes etc. — *Venerabili fratri episcopo Perusino et dilectis filiis abbati Monasterii Sancti Petri prope Perusium ac archipresbitero ecclesiae Perusinae* etc. Dum in mente nostra. — Dat. Avinione III Idus septembris anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Jo. de Mar.*; — in plica a sinistra: *Vitalis LXXXVII (taxe)*; — a tergo: *R[egistrata]*.

LXXXIV. Omnibus ecclesiasticis personis in studio Perusino studentibus hoc privilegium per decennium concedit, ut beneficiis fruantur. (— Arch. com. n° 100). ^{1331. Avignon, sept. 11.}

Johannes etc. — *Dilectis filiis comuni et populo Perusinis* etc. Dum in mente nostra. — Dat. Avinione III Idus septembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Jo. de Mar.*; — in plica a sinistra: *Vitalis LXXX (taxe)*; — a tergo: *R. Oddo Nini de Perusio R. CCLVI*.

LXXXV. Episcopo Perusino mandat ut pecuniarum summas quæ ab ecclesiasticis perusinis guerrarum prætextu contra Spoletanos et Assisinate tunc Ecclesiæ rebelles recuperatae fuerant, restitui integre faciat. (— Arch. com. n° 93). ^{1331. Avignon, novembr. 2.}

Johannes etc. — *Venerabili fratri episcopo Perusino*. Pervenit nuper ad nostri. — Dat. Avinione IV nonas novembris anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Gaucelinus Martini*; — in plica a sinistra: *Vitalis XXVIII*.

LXXXVI. Indignatur quod Perusinum commune ab ecclesiis ecclesiasticisque personis certas pecuniarum summas exigat, papæ injussu, prætextu guerrarum contra Spoletanos et Assisinate Ecclesiæ Romanæ rebelles, episcopoque Perusino mandat ut inter- ^{1331. Avignon, novembr. 2.}

dictum suspendatur, quandoque pecuniae restitutae fuerint. (— Arch. com. n° 101; — Reg. e Doc. p. 505).

Johannes etc. — *Venerabili fratri episcopo Perusino* etc. Nostri apostolatus auditui. — Dat. Avinione IV nonas novembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica, a dextera: *Gaucelinus Martini*; — in plica a sinistra: *Vitalis: C(taxe)*.

1331. *Avignon*,
novembr. 2.

LXXXVII. Perusinae civitatis ambassiatores videlicet Alexandrum episcopum Nucerinum, Jacobum abbatem monasterii Sancti Benedicti de Subasio Contolunquae Raynerii burgensem, benigne recepit votaue eorum se exaudivisse nuntiat. (— Arch. com. n° 86).

Johannes etc. — *Dilectis filiis, populo et communi Perusinis sal.* Dudum venerabilis frater. — Dat. Avinione, IV nonas novembris p. n. anno sexto decimo.

A dextera: *Gauc[elinus] Mart[ini]*.

1331. *Avignon*,
novembr. 16.

LXXXVIII. Infrascriptis gratias agit quod Hugolinum Trinciae et Corradum Nalli de Fulgineo necnon Fulgineos, Assisinate Eugubinosque debellaverant, qui rectoris imperium contempserant. (— Arch. com. n° 95; — Reg. e Doc. p. 505).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Letanter audivimus filii. — Dat. Avinione XVI Kalendas decembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextra: *P. de Rivo*.

1331. *Avignon*,
novembr. 16.

LXXXIX. Perusinis maximas gratias agit de auxilio quod Ecclesiae Romanae praestiterant contra Hugolinum et Corradum Trinciae de Fulgineo aliosque rebelles. (— Arch. com. n° 103; — Reg. e Doc. p. 505, sed cum falsa data).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino sal.* etc. Letanter audivimus filii. — Dat. Avinione XVI Kalendas decembris p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *Gaucelinus Martini*.

1331. *Avignon*,
decembr. 13.

XC. Perusinis maximas gratias agit de auxilio quod Johanni de Amelio ducatus Spoletani rectori praestiterant. (— Arch. com. n° 96).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Licet grata relatione. — Dat. Avinione Idibus decembris anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *L. Verul[anus]*.

XCI. Dolet quod inter Perusinos cives praevaleat discordia, ^{1332. Avignon,} eosque obsecrat ut, mediante apostolico nuncio, dissensiones omnes ^{jan. 4.} sedent. (— Arch. com. n° 87; — Reg. e Doc. p. 506, cum falsa data).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine* etc. Displacibilis ad modum nuper. — Dat. Avinione II nonas januarii, p. n. anno sexto decimo.

Super plica a dextera: *B. de Vidalho.*

XCII. Ducatus Spoletani rectori mandat ut communi Nursiae ^{1332. Avignon,} idoneum « potestatem » pro sex mensibus concedat ac eum in dicta ^{febr. 5.} civitate collocet. (— Arch. com. n° 88).

Johannes etc. — *Dilecto filio Johanni de Amelio archidiacono Foro-* *juliensi ducatus Spoletani rectori* etc. Cum dilecti filii communi. — Dat. Avinione nonis februarii anno sexto decimo.

Super plica a dextera: De Curia: *G. de Valle*; — a tergo: *vicesima sexta.*

XCIII. Perusinos rogat ut Clusinum episcopum non mole- ^{1332. Avignon,} stent eunquē in pacificam ecclesiae Clusinae possessionem inducant. ^{jul. 13.} (— Arch. com. n° 89); — Reg. e Doc. p. 506).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. — Cum venerabilis frater. — Dat. Avinione III Idus julii p. n. anno sextodecimo.

Super plica a dextera: *L. Verulan.*

XCIV. Perusinis commendat Petrum de Castaneto archidia- ^{1332. Avignon,} conum Belvacensem vicerectorem ducatus Spoletani, quamdiu rector ^{septembr. 8.} Avinione morabitur. (— Arch. com. n° 91; — Reg. e Doc. p. 506).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Cum nos volentes quod. — Dat. Avinione VI Idus septembris p. n. anno septimo decimo.

XCV. De auxilio quod Ecclesiae Romanae tulerant ad Ame- ^{1332. Avignon,} liae castellum recuperandum, Perusinis maximas gratias agit, eosque ^{septembr. 26.} hortatur ut rectori thesaurarioque Patrimonii Beati Petri in Tuscia auxilium ferre perseverent. (— Arch. com. n° 92); — Reg. e Doc. p. 506. Edidit A. Fumi, ut supra, pag. 235).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine* etc. Sincerum devotionis affectum. — Dat. Avinione VI Kalendas octobris anno septimo decimo.

1332. *Avignon*,
decembr. 17.

XCVI. Perusinos hortatur ut pacem cum Urbeveticis componant, et civitatem Clusinam non aggrediantur, ne discordia exoriat. (— Arch. com. n° 97); — Reg. e Doc. p. 506),

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Displicenter accepimus hiis. — Dat. Avinione XVI Kalendas januarii anno septimo decimo.
Super plica: *A. Ver.*

1333. *Avignon*,
novembr. 10.

XCVII. Perusinos rogat ut rectorem ducatus Spoletani adjuvent ne civitates ejusdem ducatus injuste occupentur. (— Arch. com. n° 102); — Reg. e Doc. p. 506).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. — Cum de vestro filii. — Dat. Avinione IV Idus novembris p. n. anno decimo octavo.
Super plica a dextera: *De Curia: B. de Vidalho.*

1333. *Avignon*,
decembr. 7.

XCVIII. Eos rogat ut cum Urbeveticis pugnare desistant, civitatem Clusinam aliaque castra nedum occupent. (— Arch. com. n° 97^{bis}; — Reg. e Doc. p. 507).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino*. Perlato dudum ad nostri. — Dat. Avinione VII Idus decembris p. n. anno octavo decimo.
Super plica a dextera: *L. Ver[ulanus]*.

1334. *Avignon*,
mart. 14.

XCIX. Perusinos rogat ut Petrum de Castaneto Belvacensem archidiaconum ducatusque Spoletani rectorem adjuvent contra Conradum Nallii de Trinciis de Fulgineo Ecclesiae romanae rebellem qui horrendos excessus prope Bevagnam commiserat. (— Arch. com. n° 98); — Reg. e Doc. p. 507. Editit A. Fumi, ut supra, pag. 145).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Nefanda horrendorum excessuum. — Dat. Avinione II Idus marci p. n. anno octavo decimo.

1334. *Avignon*,
aug. 18.

C. Eos rogat ut Johanni Reginaldo Spoletani ducatus thesaurario, 7000 florenos solvant quos a fratribus Sancti Dominici de Perusio receperant ex bonis Petri quondam Spoletani episcopi. (— Arch. com. n° 99).

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino*. — Relatione percepimus fidedigna. — Dat. Avinione XV Kalendas septembris p. n. anno octavo decimo.

In plica a sinistra: *A. de Lavat.*

CI. Perusinis commendat magistrum Bernardinum Piano secretarium ecclesiae Magalonensis Anconitanae Marchiae rectorem. (— Arch. com. n° 103^{bis}); — Reg. e Doc. p. 507.

1334. Avignon,
novembr. 22.

Johannes etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Dat. Avinione X Kalendas decembris p. n. anno decimo nono.

BENEDICTUS XII.

CII. Infrascriptis notificat suam assumptionem ad Pontificatum. (— Arch. com. n° 106; — Reg. e Doc. p. 507).

1335. Avignon,
jan. 9.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis potestati capitaneo prioribus et consilio ac communi civitatis Perusinae et Ecclesie Romanae fidelibus* Altitudo celestis consilii. — Dat. Avinione V Idus januarii p. n. anno primo.

In plica: *B. de Spello*; — a tergo: *R. I.*

CIII. Perusinis notificat suam assumptionem eosque certiores facit se Assisinatensi episcopo Bartholomeoque de Brixia nunciis suis quaedam ad statum Perusinae civitatis pertinentia, commisisse. (— Arch. com. n° 104; — Reg. e Doc. p. 507).

1335. Avignon,
novembr. 17.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis nobilibus viris prioribus artium* etc. — Dat. Avinione XV Kalendas decembris anno primo.

In plica: *N. de Brayo*.

CIV. Perusinis commendat Canhardum de Sabalhano canonicum Rivensem, Anconitanae Marchiae rectorem. (— Arch. com. n° 105; — Reg. e Doc. p. 507).

1335. Avignon,
novembr. 25.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Dilectum filium Canhardum. — Dat. Avinione VII Kalendas decembris anno primo.

In plica a dextera: *A. Fabri*.

CV. Perusinos certiores facit se Mastino de la Scala scripsisse et mandavisse ne dominis de Petramala Aretinae dioecesis contra Perusinam civitatem auxilium darent. (— Arch. com. n° 107; hoc documentum publicatur ex toto in: Reg. e Doc. p. 508).

1336. Avignon,
april. 22.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusinae* etc. Habet Sancta Mater. — Dat. Avinione X Kalendas maii anno secundo.

In plica: *A de Lavat*. (sic).

1336. *Avignon*,
novembr. 6.

CVI. Infrascripto rectori mandat ut Perusinos adjuvet qui milites miserant ad Ecclesiae rebelles subjugandos. (— Arch. com. n° 109).

Benedictus etc. — *Dilecto filio magistro Ramundo de Poioliis archidiacono Petragoricensi ducatus Spoletani rectori* etc. Cum sicut accepimus. — Dat. Avinione VIII Idus novembris p. n. anno secundo.

In plica: *P. Vill.*

1336. *Avignon*,
novembr. 6.

CVII. Infrascripto rectori mandat ut Perusinos adjuvet qui milites miserant ad terras Ecclesiae Romanae in hac provincia recuperandas. (Arch. com. n° 108; — Reg. e Doc. p. 508).

Benedictus etc. — *Dilecto filio Canhardo de Sabalhano canonico Rivensi Marchie Anconitane rectori* etc. Cum sicut accepimus. — Dat. Avinione VIII Idus novembris p. n. anno secundo.

In plica: *P. Vill[aris?]*.

1337. *Avignon*,
mart. 10.

CVIII. Perusinis, ut rectori Marchiae Anconitanae in recuperandis civitate Galli, castro Mercatelli et aliis quibusdam locis a Petro Sacconis de Petramala indebite occupatis assistant. (— Arch. com. n° 111; — Arch. Vat. Secr. anno III n°. XLIII; — edidit Theiner *Codex diplom.* etc. II n° XXXV p. 18).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Sic illam sincere devotionis. — Dat. Avinione VI Idus martii p. n. anno tertio.

In plica: *A. Fabri.*

1337. *Avignon*,
jul. 7.

CIX. Cum in ducatu Spoletano nonnulli Perusinae civitatis officiales, Ecclesiae Romanae subditos molestavissent, infrascriptos rogat ut a talibus vexationibus vel excessibus se abstineant. (— Arch. com. n° 110; Reg. e Doc. p. 509).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Super tollendis et reprimendis. — Dat. Avinione nonis julii anno tertio.

1337. *Avignon*,
aug. 30.

CX. Notificat infrascriptis pacem firmatam per triennium inter « Orsini » et « Colonna » nobiles romanos, rogatque eos ne ulli horum nobilium assistere velint. (— Arch. com. n° 113; — Reg. e Doc. p. 510).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis nobilibus viris, capitaneo et communi civitatis Perusinae* etc. Etsi pacificum Statum. — Dat. Avinione III Kalendas septembris p. n. anno tertio.

In plica: *A. de Lavat.*

CXI. Perusinis gratias agit de militibus quos Anconitanae Marchiae rectori miserant ad defendendas terras Ecclesiae Romanae contra rebelles. (Arch. com. n° 115; — Reg. e Doc. p. 514. ^{1338. Avignon, mart. 15.}

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino* etc. Licet devotionis et fidei. — Dat. Avinione Idibus martii anno quarto.

Super plica: *A. Fabri*.

CXII. Infrascriptos rogat ne auxilium nobilibus vel populo romanis praestent, quo melius pax et concordia stabiliantur. (— Arch. com. n° 116; — Reg. e Doc. p. 515). ^{1338. Avignon, april. 13.}

Benedictus etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusinae* etc. Inter sollicitudinibus nostre curas. — Dat. Avinione Idibus aprilis p. n. anno quarto.

Super plica: *R. de Cur[ia] Man. Par.* (sic).

CXIII. Cum papa quasdam litteras et scripturas Ecclesiam Romanam tangentes tunc in thesauro Ecclesiae Assisinatensis existentes, Avinionem deferri jussisset, mandat Azaiolorum mercatorum florentinorum factoribus ut istae litterae non aperiantur, quando per eorum provincias transierint. (— Arch. com. n° 117; — Reg. e Doc. p. 515. (Data falsa). ^{1339. Avignon, octobr. 31.}

Benedictus etc. — *Dilectis filiis prioribus consilio et communi civitatis Perusinae nostris et Ecclesiae Romanae devotis* etc. Cum de thesauro ecclesie. — Dat. Avinione II Kalendas novembris anno quarto.

Super plica: *B. de Spello*: — a tergo: *pro thesauro Ecclesiae libere transeundo*.

CXIV. Cum omnes ecclesias vacantes papa sibi reservaverit, post mortem Hugolini Vivi episcopi, in episcopum Perusinum eligit Franciscum Gratianum Ecclesiae Perusinae archipresbiterum, mandatque ut omnes ei pareant et intendant. (— Arch. com. n° 118. — Arch. Vat. Comm. et De Curia anno V Reg. 127 ep; n° CXIX folio 102^b). Sed non invenitur in Reg. Aven. 53 (VI) anno V. ^{1339. Avignon, februar. 17.}

Benedictus etc. — *Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Perusinarum* etc. Sedula nos pastoralis. — Dat. Avinione XIII Kalendas martii anno quinto.

In plica a dextera: *P. de Fas*; — a sinistra: *P. Mar[ia] XXVII (tassa)*; — a tergo: *Thomas de Mevano R. W.*

1339. *Avignon*,
april. 21. CXV. Eis commendat Johannem de Riparia, priorem domorum Urbis et Pisarum ordinis S. Johannis Ierosolimitani, rectorem Anconitanæ Marchiæ recenter nominatum. (— Arch. com. n° 119; — Reg. e Doc. n° 118).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino s. et a. b.* Cuiusmodi Anconitanam Marchiam. — Dat. Avinione XI Kalendas maij pont. nostri anno quinto.

1339. *Avignon*,
april. 28. CXVI. Cum papa jam pluries laboravisset ad pacem et concordiam inter nobiles Romanos populumque Urbis stabiliendas, Perusinos hortatur ne uni ex duobus partibus inimicis auxilium vel adiutorium afferre velint, quo pax optata melius ac facilius restauretur. (— Arch. com. n° 120).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine.* Quanta et quam detestanda. — Dat. Avinione IV Kalendas maii pont. nostri anno quinto.

Super plica a dextera: De Curia: *A de Lavata.*

1339. *Avignon*,
mai. 21. CXVII. Infrascriptos hortatur ut omne consilium auxiliumque praebeant magistro Johanni de Amelio, archidiacono Forojuliensi, qui nuncius mittitur ad pacem inter cives Spoletanos reformandam. (— Arch. com. n° 121; — Reg. e Doc. p. 521).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino.* — Dat. Avinione XII Kalendas junii p. n. anno quinto.

Super plica: *Gasbertus.*

1339. *Avignon*,
novembr. 5. CXVIII. Communi Perusino magistrum Guidonem de Sancto Germano, praepositum ecclesiae Aniciensis, rectorem Patrimonii beati Petri in Tuscia commendat. (— Arch. com. n° 122; — Reg. e Doc. p. 521).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine.* — Dat. Avinione nonis novembris p. n. anno quinto.

Super plica a dextera: *A. Fabri.*

1339. *Avignon*,
novembr. 28. CXIX. Cum Mutius Francisci de Assisio qui furtum commiserat et thesaurum in conventu Beati Francisci de Assisio depositum dilapidaverat, Perusium fugisset, Benedictus papa XII communi

mandat ut dictum Mutium capiat et magistro Johanni de Amelio tradere velit. (— Arch. com. n° 123; — Reg. e Doc. p. 521).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino*. — Dat. Avinione IV Kalendas decembris p. n. anno quinto.

Super plica: *R. Marcelenchis*.

CXX. Perusinos hortatur ut Johanni de Riparia priori domorum Urbis et Pisarum Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, Anconitanae Marchiae rectori auxilium praebere non postponant et eis de fidelitate maximas gratias agit. (— Arch. com. n° 124; — Reg. e Doc. p. 521).

1340. Avignon,
mart. 18.

Benedictus et. — *Dilecto filio consilio et communi civitatis Perusinae salutem*. — Dat. Avinione XV Kalendas aprilis p. n. anno sexto.

Super plica: *R. Marcelenchis*.

CXXI. Perusinos rogat ut auxiliis oportunis Urbinatenses adjuvent contra Malatestam et Galioctum de Malatestis qui proditoriis et temerariis ausibus ad occupationem civitatis Urbinate laboraverant. (— Arch. com. n° 126. Publicatur ex toto in: Reg. e Doc. p. 522).

1340. Avignon,
jul. 12.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusinae*. Intelleximus noviter quod. — Dat. Avinione IV Idus julii anno sexto.

Super plica: *A. Fabri*. — Sub filis cannabaceis.

CXXII. Eos rogat ut auxiliis adjuvent Raymbaldum de Montebellone praeceptorem domus de Montebello ordinis S. Johannis Jerosolimitani Aretinae dioecesis ducatus Spoletani rectorem. (— Arch. com. n° 127).

1340. Avignon,
septembr. 5.

Benedictus etc. — *Dilectis filiis communi Perusino*. — Dat. Avinione nonis septembris p. n. anno sexto.

A. Fabri. — Sub filis cannabaceis.

CXXIII. Cum Johannes XXII per speciale mandatum decrevisset quod Perusini ad tempus sex mensium civem perusinum in potestatem seu rectorem civitatis Spoletanae assumere possent, Baglonusque de Baglonibus terram Spelli ducatus Spoletani violenter occupavisset, Benedictus XII infrascriptis mandat ut eandem terram nomine Ecclesiae romanae rectori ducatus Spoletani restituant. Spel-

1341 Avignon,
23 decembr.

lanisque de damnis illatis satisfaciant. (— Arch. com. n^o. 129; — Haec bulla invenitur in Arch. Vat. Litt. Secr. Reg. anno VII ep. n^o 235. Publicatur ex toto in Theiner: Codex domini temporalis Sanctae Sedis II n^o CXXVII p. 105; — et in Reg. e Doc. (data falsa) p. 522-523).

Benedictus etc. — *Dilectis filiis potestati, capitaneo prioribus artium consilio et communi civitatis Parusinae*. Intelleximus quod olim. — Dat. Avinione X Kalendas januarii p. n. anno septimo.

CLEMENS VI.

1342. Villeneuve-les-Avignon, aug. 10.

CXXV. Perusinis maximas gratias agit de auxilio quod praestiterant Raymbaldo de Montebriano rectori ducatus Spoletani ad repellendos praesumptuos excessus quos Petrus Celli de Spoleto, turbando statum pacificum civitatis Spoletanae committere moliebatur. (— Arch. com. n^o 132); — Reg. e Doc. p. 524). Deest in Archivio Vaticano registrum litterarum secretarum primi anni.

Clemens episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis communi Perusino salutem et apostolicam benedictionem. Placibilibus admodum relatibus intellecto, quod vos, qui offensas et injurias Ecclesie Romane equanimiter sustinere nequaquam consuevistis hactenus, pridem ad repellendos praesumptuos excessus quos Petrus Celli de Spoleto turbando statum civitatis Spoletanae pacificum moliebatur committere, viriliter insurgentes, dilecto filio Raymbaldo de Montebriano preceptori domus de Montebello Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Aretine diocesis rectori ducatus Spoletani et aliis nostris et ejusdem ecclesie fidelibus sic viriliter super hiis astitistis, quod, remanente illeso diete civitatis statu pacifico, dictus Petrus exinde cum sua ignominia fuit expulsus; nos devotionem vestram super hiis multipliciter in domino cum gratiarum actionibus commendantes, universitatem vestram rogamus et hortamur attentius quatinus prefato rectori super hiis que pro utiliori regimine dicti ducatus sibi oportuna fuerint, more solito, sicut vos requirendos duxerit, assistatis. — Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis III Idus augusti pontificatus nostri anno primo.

1342. Villeneuve-les-Avignon, septembr. 1.

CXXVI. Perusinos rogat ut ferventer adjuvare velint Johannem de Riparia, priorem domorum Urbis et Pesarum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani rectorem Marchiae Anconitanae, super hiis que ad defensionem jurium Ecclesiae Romanae pertinent. (— Arch. com. n^o 133).

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis communi Perusino salutem et apostolicam benedictionem. Tanto confidentius vos super hiis,

que nos et Ecclesiam Roman contingunt, requirimus, quanto vos ex fervore devotionis et fidei, quibus erga ipsam prefulgetis, ecclesiam reperire confidimus magis promptos. Ideoque sinceritatem vestram requirimus et rogamus quatenus si dilectus filius Johannes de Riparia prior domorum Urbis et Pisarum Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani rector Marchie Anconitane super hiis que defensionem jurium et honorum nostrorum et ecclesie predictae in eadem Marchia, et repressionem invasorum et occupatorum hujusmodi jurium et honorum concernent, duxerit requirendos, eidem pro nostra et Apostolice Sedis reverentia sic potencialiter assistere velitis et prompte quod hujusmodi vestra devotio, exhibitione operis semper patens potioribus attolli mereatur commendationis titulis et apud nos et Sedem eandem vobis locum majoris favoris et gratiae vendicet non indigne. — Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis Kalendis septembris pontificatus nostri anno primo.

CXXVII. Miratur quod Perusini in civitate Spoletana, Ecclesiae Romanae immediate subjecta, roccam seu fortalitium in praedictum construere inceperunt, eosque rogat ut super dicta rocca nequaquam ulterius procedant, ac pacis reformationem promoveant inter Intrinsecos et Extrinsecos dictae civitatis. (— Arch. com. n° 134; — Reg. e Doc. p. 524). Ex Arch. Vat. (Reg. 137 n° CCCXLVII f° 106^a anno secundo in Theiner op. cit. II n° CXXXI p. 119, publicatur quaedam bulla praedictum negocium tangens.

1342. Arignon,
novembr. 15.

Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis communi Perusino salutem et apostolicam benedictionem. Non sine grandis admirationis materia percepimus hiis diebus quod vos in civitate nostra Spoletana nobis et Ecclesie Romanae, sicut nostis, immediate subjecta, roccam seu fortalitium construere incepistis; cum autem id in nostrum et ejusdem ecclesie non solum vituperium, sed manifestum prejudicium redundare noscatur, universitatem vestram rogamus requirimus et hortamur quatinus vos qui, nedum ab injuriis ejusdem ecclesie abstinere, quin potius adversus injuriantes eidem insurgere consuevistis, ab injuria predicta resilientes omnino, super dicto edificio nequaquam ulterius procedatis, nec permittatis procedi, sed faciatis potius quod edificatum extiterit demoliri. Ceterum, cum pacem concordiam et unitatem inter intrinsecos et extrinsecos civitatis predictae reformari, ad vitandum exidum, quod eidem civitati comminatur ipsorum intestina dissensio, cupiamus, et super hoc eidem nostras destinemus litteras oportunas, precibus et exhortationibus nostris adicimus ut super eadem reformatione nullum impedimentum, quod nobis displicibile redderetur per vos vel vestros prestetur quomodolibet, sed potius quantum in vobis fuerit, reformationem promoveatis eandem, vos taliter super hiis habituri quod fama vestra celebris nullatenus ledatur propter talia sed apud nos et Sedem Apostolicam cum oppinione quam obtinemus de sinceritate devotionis vestre remaneat semper clara. — Dat. Avinione XIII Kalendas decembris pontificatus nostri anno primo.

1343. *Avignon*,
jan. 13.

CXXVIII. Clemens VI Perusinis notificat Florentinos aliasque Tuscie communitates Galteri ducis Athenarum gubernationi et dominio se subjecisse, eosque rogat ut dictæ confoederationi faveant. (— Arch. com. n° 130; — publicatur ex toto: Reg. e Doc. p. 532).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus communi et populo civitatis Perusine S. et ap. ben.* Cum unitatis et caritatis. — Dat. Avinione, idibus januarii p. n. anno primo.

1343. *Villeneuve-les-Avignon*,
jul. 15.

CXXIX. Omnibus vere pœnitentibus qui cathedralem ecclesiam Perusinam visitaverint vel ad ejus constructionem participaverint, trium annorum indulgentiam concedit. (— Arch. com. n° 135. — Reg. e Doc. p. 533).

Clemens etc. — *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspe-cturis.* Ecclesiarum fabricis manum. — Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis Idibus julii p. n. anno secundo.

Super plica a dextra: *R. Boer*; — a sinistra: \bar{V} *M. Paschalis*; — a tergo: *Restituuntur Laurentio Therrii procuratori.* — Sub laqueis sericis.

1343. *Villeneuve-les-Avignon*,
jul. 15.

CXXX. Supplicationibus Perusinarum annuens, Clemens VI gratiam concessam per Johannem XXII ad decem annos confirmat, videlicet ut omnes in Studio Perusino studentes, de beneficiorum fructibus integre et libere frui queant. (— Arch. com. n° 136).

Clemens etc. — *Venerabili fratri episcopo Coronensi et dilectis filiis Sancti Petri prope Perusium et Sancte Marie Vallispontis Perusine diocesis monasteriorum abbatibus.* Singularis devotionis affectus. — Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis Idibus julii anno secundo.

Super plica a dextera: *A. de Adua*; — in plica a sinistra: *M. Paschalis LII*; — a tergo: *Restituuntur domino fratri Ysaach abbati Paduano.*

1343. *Villeneuve-les-Avignon*,
jul. 15.

CXXXI. Similis indulgentia pro clericis residentibus in Studio Perusino. (— Arch. com. n° 137; — Reg. e Doc. p. 533).

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi et populo Perusinis.* Singularis devotionis affectus. — Dat. apud Villannovam Avinionensis diocesis Idibus julii p. n. anno secundo.

Similes mentiones, cum laqueis sericis.

1343. *Villeneuve-les-Avignon*,
jul. 15.

CXXXII. Petitionibus Perusinae civitatis regiminum annuens concedit ut vicarius, vacante episcopatu vel episcopo absente

seu alias impedito, doctoralem lauream in qualibet facultate dare et conferre possit. (— Arch. com. n° 139).

Clemens etc. — *Ad perpetuam rei memoriam*. Recenti memorie jugiter. — Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis Idibus julii p. n. anno secundo.

Super plica: *N. de Anagnia*; — in plica: *M. Paschalis L.*; — a tergo: *Restituatur Laurentio Therii procuratori*. Sub laqueis sericis.

CXXXIII. Infrascriptis notificat benigne audivisse Andream^{1343. Villeneuve-Ics-Avignon. 19 septembr.} episcopum Coronensem, Odonem abbatem monasterii de Farneto, Andream de Monteubiano, Hugoninum Polloli juris civilis professorem, Johannem Colle, Cellolum Lelli, Pollinum Tribaldi ac quondam Johannem de Montesprello militem ambassiatore ad se missos. (— Arch. com. n° 138; — Arch. Vatican. Litt. Secr. Cl. VI anno II Reg. 137 n° CCCXLIX f° 107^a).

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine*. Pridem ad nostram. — Dat. apud Villanovam Avinionensis diocesis XIII Kalendas octobris p. n. anno secundo. Sub filis cannabaceis.

CXXXIV. Omnibus vere poenitentibus qui ad construendam^{1345. Avignon, aug. 8.} Ecclesiam cathedralem Sancti Laurentii in Perusio contribuent indulgentias concedit. (— Arch. com. n° 145).

Clemens etc. — *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis* etc. Ecclesiarum fabricis manum. — Dat. Avinione VI Idus augusti anno quarto.

Super plica: *Jo[hannes] Courtoys*; — a sinistra: *Rigaldus X*; — a tergo: *Simon de Bulgaro. R[egistrata]*. — Sub laqueis sericis.

CXXXV. Infrascriptos rogat ut favorabiliter et benigne recipiant Johannem de Amelio archidiaconum Foro-Juliensem clericum camerae quem ad dictam civitatem coeterasque partes Italiae pro diversis negociis expediendis mittit. (— Arch. com. n° 140; — Arch. Vat. Litt. Secr. Reg. 139 n° 835). —

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi et populo civitatis Perusine salutem et A. ben.* Cum nos dilecto. — Dat. Avinione X Kalendas februarii p. n. anno quarto.

Super plica: *P. Stephani*. — Sub filis cannabaceis.

CXXXVI. Infrascriptis narrat persecutiones habitas a Tur-^{1345. Avignon, Jul. 18.}chis contra Christianos specialiter in Romania, et cum Humbertus

dalpinus Viennensis, dux Venetorum, rex Cipri et alii quamplurimi expeditioni faveant, infrascriptos rogat ut stipendiis et hominibus auxilium praebere velint. (— Arch. com. n° 141; — Arch. Vat. Litt. Secr. Reg. 139 n° CXXXV); — Reg. e Doc. p. 533.

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine s. et a b.* Sicut dudum vobis scripsisse. — Dat. Avinione XV Kalendas augusti p. n. anno quarto. Sub filii cannabaceis.

1346. Avignon,
aug. 10.

CXXXVII. Perusinos rogat ut Bertrando tituli Sancti Marci cardinali, Sedis Apostolice legato fidem credulam adhibeant. (— Arch. com. n° 146; — Arch. Vat. Reg. 140 n° CCCL et CCCLXIX, f° 84^a) — (1).

Clemens etc. — *Dilectis filiis Comuni et Universitati civitatis Perusine* etc. Cum dilectis filiis. — Dat. Avinione IV Idus augusti anno quinto. Super plica: *S. de Foresta.*

1346. Avignon,
aug. 13.

CXXXVIII. Clemens VI causam vertentem inter nonnullas personas ecclesiasticas Perusinae dioecesis infrascriptis committit. (— Arch. com. n° 147).

Clemens etc. — *Venerabili fratri episcopo Balneoregensi et dilectis filiis Magistro Francisco de Filiis Ursi thesaurario ecclesie Elboracensis notario nostro ac abbati monasterii Sancti Severi Urbeveterani salutem* etc. Dudum proposito in Consistorio coram. — Dat. Avinione Idibus augusti anno quinto.

1346. Avignon,
aug. 22.

CXXXIX. Bernardum episcopum Viterbiensem rectorem Patrimonii Beati Petri in Tuscia, Perusinis commendat. (— Arch. com. n° 148; — Arch. Vat. Reg. 140 n° CCCXXXI).

Clemens etc. — *Dilectis filiis communi civitatis Perusine etc.* Licet alias vobis qui. — Dat. Avinione XI Kalendas septembris anno quinto. Super plica: *P. Stephani.*

(1) In eodem modo scriptum est. Johannaë reginaë Siciliaë, Catherinaë imperatrici Constantinopolitanaë, Roberto principi Tarentino, Carolo duci Duracii, Ludovico de Tarento, Philippo de Tarento, Ludovico de Duratio, comiti Sancti Severini, comiti Mileti, Roberto de Sancto Severino comitatus Coriliani domino, Bertando de Baucio comiti Montiscaveosi, Raymundo et Amelio de Baucio, comiti Ariani, Universitati civitatis Neapolitane, senatoribus Romae, Opizoni, Marchioni Estensi, Stephano de Columpna, Raynaldo et Jordano de Filiis Ursi, civitatibus Bononiensi, Florentinae, Senensi.

CXL. Perusinos rogat, ut operam dent ut Cecchinus Vencioli civis Perusinus bona quaedam dimittat quae Urbevetae Ecclesiae abstulerat. (— Arch. com. n° 142; — Arch. Vat. Reg. 140 n° 509 f° 119^a).

^{1346. Avignon,}
septembr. 16

Clemens etc. — *Dilectis filiis comuni civitatis Perusinae* etc. Gravis querela venerabilis. — Dat. Avinione XVI Kalendas octobris p. n. anno quinto. Super plica: — *Vitalis*. — Sub filis cannabaceis.

CXLI. Perusinos rogat ut Bernardo episcopo Viterbiensi rectori Patrimonii Beati Petri in Tuscia contra Ecclesiae rebelles auxilium praestent. (— Arch. com. n° 143. Haec bulla in Secretis Clementis VI non invenitur. — Reg. e Doc. p. 533).

^{1346. Avignon,}
octobr. 11.

Clemens etc. — *Dilectis filiis comuni civitatis Perusinae* etc. Cum sicut relatu. — Dat. Avinione V Idus octobris anno quinto. — Sub filis cannabaceis

CXLII. Cum terrae ad Johannam reginam Siciliae pertinentes a multis occuparentur, Clemens VI Perusinos rogat ne occulte vel palam dictae reginae inimicis auxilium praestare velint. (— Arch. com. n° 149; — Arch. Vat. Reg. 141 n° DC; — Reg. e Doc. p. 534).

^{1347. Avignon,}
octobr. 23.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusinae*, etc. Quamvis adversus eos. — Dat. Avinione X Kalendas novembris p. n. anno sexto.

Super plica: *B. de Marchia*; — a tergo: *Toscana*.

CXLIII. Perusinos rogat ut Astorgium de Duroforti militem Lemovicensis diocesis nepotem papae adjuvare velint. (— Arch. com. n° 150; — Reg. e Doc. p. 534). — Similis bulla pluribus aliis mittitur, sed non Perusinis in Arch. Vat. Reg. 141 n° DCCCCLII-DCCCCLXIII.

^{1347. Avignon,}
decembr. 23

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusinae* etc. Cum dilectus filius. — Dat. Avinione X Kalendas januarii p. n. anno sexto.

Super plica: *A. de Bico*. = a tergo: *Littera pro comite (sic) Roman-diolo*. Sub filis cannabaceis.

CXLIV. Perusinis indulgentias in mortis articulo concedit. (— Arch. com. n° 144).

^{1348. Avignon,}
mai 16.

Clemens etc. — *Dilectis filiis universis personis ecclesiasticis et secularibus utriusque sexus civitatis et diocesis ac districtus Perusinarum* etc.

Provenit ex vestre devotionis. — Dat. Avinione XVII Kalendas junii anno sexto.

Super plica: Jo[hannes] de Aretio; — in plica: G. Andree CC. — Sub laqueis sericis.

1348. Avignon,
mai. 20.

CXLV. Clemens VI, tempore mortalitatis, centum dierum indulgentias concedit omnibus qui infirmos visitabunt mortuosque sepe-
lient. (— Arch. com. n° 153).

Clemens etc. — *Universis Christi fidelibus presentes litteras impecturis.* Licet is de ejus. — Dat. Avinione XIII Kalendas junii p. n. anno septimo, Super plica: *Transmontanus*; — in plica a sinistra: G. Andree X.

1348. Avignon,
aug. 17.

CXLVI. Infrascriptos rogat ut Luce Auximano episcopo et Philippo Coronensi electo, Sedis Apostolicae nunciis fidem credulam adhibeant. (— Arch. com. n. 156) ¹⁾.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum venerabili fratri nostro. — Dat. Avinione XVI Kalendas septembris p. n. anno septimo.

Super plica: Ja[cobus] *Mediolanensis*.

1349. Avignon,
mart. 1.

CXLVII. Clemens VI Perusinis commendat Johannem Scalfredi, Sancti Flori dioecesis, ducatus Spoletani rectorem. (— Arch. com. n° 152; — Arch. Vat. Litt. Secr. Cl. VI. Reg. 142 n° DCCLXXX folio 161^a) ²⁾.

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum dilectus filius. — Dat. Avinione Kalendis martii, p. n. anno septimo.

In plica: *Transmontanus*. — Sub filis cannabaceis.

1349. Avignon,
mai. 29.

CXLVIII. Perusinos rogat ut mandent Masseurio Salvoli potestati pro eisdem in civitate Clusina ut Johannem de Montefalcone et Angelucium Raynerii Ordinis Heremitarum Sancti Augustini per eum carceribus mancipatos, qui octo milia florenorum de

¹⁾ Hac Bulla in registris Litterarum Secretarum in Vaticano asservata deest.

²⁾ Simili modo scriptum fuit Anibaldo episcopo Tusculano. A. Sedis legato, Rimbaldus de Montebione praeceptor, consiliis et communi Senensibus et Florentinis.

bonis Bartholomei episcopi Spoletani S. A. reservati furtive ceperant, compellat ad solvendos dictos florenos Berengario Blasini thesaurario Patrimonii B. Petri in Tuscia. (— Arch. com. n° 164; — Arch. Vat. Reg. 143 folio 17 recto).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Cum pridem dilecto etc. — Dat. Avinione IV Kalendas junii p. n. octavo.

Super plica: *Jo[hannes] de Angicuria*.

CXLIX. Infrascriptos rogat ut Johannem episcopum Spoletanum familiarem papae adjuvare velint. (— Arch. com. n° 160; — Arch. Vat. Reg. 143 a° VIII folio 139^a). ^{1350. Avignon, febr. 13.}

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusinae* etc. Venerabilem fratrem Johannem. — Dat. Avinione Idibus februarii anno octavo.

In plica: *Jo. Morelli*.

CL. Infrascriptos rogat ut Johannam Siciliae reginam Ludovicumque de Tarento adjuvent. (— Arch. com. n° 161 — Arch. Vat. Reg. 143 f° 152^a, Publicatur ex toto in Reg. e Doc. p. 534)¹⁾. ^{1350. Avignon, febr. 18.}

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Considerantes quanta prout accepimus. — Dat. Avinione XII Kalendas martii anno octavo.

In plica: *Transmontanus*.

CLI. Infrascriptos rogat ut Astorgio de Duroforti rectori Romanodie auxilium praestent ad civitatem Faventinam recuperandam, a Johanne et Guillelmo Spuri natis quondam Ricciardi de Manfredis injuste occupatam. (— Arch. com. n° 162; — Arch. Vat. Reg. 143 f° 176^a). Similis bulla missa fuit Andree Dandulo duci Venetiarum, Comunibus Florentino, Pisano, Senensi, Aretino, Obizoni marchioni Estensi, Mastinoque della Scala. Publicatur ex toto in Reg. e Doc. p. 535). ^{1350. Avignon, mart. 29.}

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Ad vestram jam credimus. — Dat. Avinione IV Kalendas aprilis anno octavo.

In plica: *Calcedonius*.

¹⁾ Secundum Reg. Vatic., simili modo scriptum fuit communibus Florentino et Senensi, atque Jacobo et Johanni de Pepulis militibus Bononiensibus

1350. *Avignon*,
mart. 31.

CLII. Clemens VI infrascriptos rogat ut ab aedificatione cujusdam castrî, quod in terra Gualdi Nucerinæ dioecesis ad Ecclesiam Romanam spectante edificare inceperant, penitus desistant. (— Arch. com. n° 163 ; — Reg. e Doc. p. 535).

Clemens etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine* etc. Sincere devotionis affectum. — Dat. Avinione II Kalendas aprilis anno octavo.

In plica: *M. Paschalis*.

INNOCENTIUS VI.

1355. *Avignon*,
jan. 21.

CLIII. Dolet quod Perusini sensum cujusdam litteræ Philippo episcopo Ferrariensi missæ falso intellexerint; declarat a se tale propositum nunquam conceptum fuisse, nec civitatem, nunc liberam, in servitutem redigere voluisse, immo operam dat ut privilegia dictæ civitatis augeantur. (— Arch. com. n° 170; — Reg. e Doc. p. 539).

Innocentius etc. — *Dilectis filiis regiminibus consilio et communi civitatis Perusine*. Audivimus quod pretextu. — Dat. Avinione XII Kalendas februarii, p. n. anno tertio.

Transmontanus.

1353. *Avignon*,
februar. 12.

CLIV. Innocentius VI. infrascripto indulget ut omnibus literis prædecessoribus suis concessis uti possit. (— Arch. com. n° 167).

Innocentius etc. — *Dilecto filio Petro Costuti priori Sancte Marie de Spello Spoletane diocesis ducatus Spoletani pro nobis et ecclesia Romana thesaurario*. Ut commissum tibi officium. — Dat. Avinione II Idus februarii anno primo.

De Curia: *Jo[hannes] de Sancto Martino*.

1353. *Avignon*,
februar. 22.

CLV. Innocentius VI infrascripto indulget ut possit recipere omnia legata in ducatu Spoletano a personis ecclesiasticis seu secularibus aut laicis in favorem Ecclesiæ Romanæ facta. (— Arch. com. n° 168).

Innocentius etc. *Dilecto filio Petro Costuti* etc. Cum sicut intelleximus nonnulli. — Dat. Avinione VIII Kalendas martii anno primo.

De Curia: *P. de Vellebro*. — Sub filiis cannabaceis.

CLVI. Infrascriptum rogat ut per censuram ecclesiasticam pro-^{1353. Avignon,}
cedat contra eos qui census Ecclesiae Romanae debitos solvere^{februar. 24.}
recusant. (— Arch. com. n° 169).

Innocentius etc. — *Dilecto filio Petro Constituti priori secularis ecclesie Sancte Marie de Spello Spoletane dioecesis thesaurario ducatus Spoletani pro nobis* etc. Ut obventiones redditus et proventus. — Dat. Avinione VI Kalendas martii p. n. anno primo.

De Curia: *Jo[hannes] de Angicuria.*

URBANUS V.

CLVII. Urbanus V de securo conductu providet Petro Rostagni^{1363. Avignon,}
domicello Ebredunensis dioecesis ad certas partes Alamanniae pro^{maii. 1.}
diversis negociis destinato. (— Arch. com. n° 179).

Urbanus etc. — *Venerabilibus fratribus patriarchis* etc. Cum dilectus filius. — Dat. Avinione Kalendis maii p. n. anno primo.

In plica: *Transmontanus.*

CLVIII. Urbanus V dolet quod Perusini tam acriter circum-^{1370. Roma}
vicinas civitates opprimant quae Ecclesiae Romanae obediunt.^{jan. 7.}
(— Arch. com. n° 180; — Reg. e Doc. p. 546).

Urbanus etc. — *Dilectis filiis regiminibus et universitatibus quorumcumque terrarum et castrorum ducatus Spoletani Ecclesie Romane fidelibus* etc. Postquam divina providencia. — Dat. Rome apud Sanctum Petrum VII Idus januarii p. n. anno octavo.

De Curia: *H. Regordi.*

CLIX. Infrascriptum rogat ut Petro Rostagni roccae Viterbiensis^{1370. Montefiascone,}
castellano XX florenos auri singulis mensibus assignet. (— Arch.^{19 aug-}
com. n° 181).

Urbanus etc. — *Dilecto filio thesaurario provincie Patrimonii Benti Petri in Tuscia pro nobis et Romana Ecclesia.* Cum nuper dilectum. — Dat. apud Montefiasconem XIV Kalendas septembris p. n. anno octavo.

De Curia: *G. de Romanis.*

GREGORIUS XI.

CLX. Infrascriptum rogat ne impediatur matrimonium cogita-^{1372. Avignon,}
tum inter Franciscum Aragoniae, filiamque ducis Adriae. (— Arch.^{februar. 23.}
com. n° 182).

Gregorius etc. — *Dilecto filio nobili viro Petro Rostagni domicello thesaurario ducatus nostri Spoletani pro nobis et Ecclesia Romana salutem etc.* Nuper tuas litteras. — Dat. Avinione VII Kalendas martii anno secundo.

In plica: *Transmontanus.*

1376. *Avignon,*
jan. 6.

CLXI. Rogat infrascriptos ut Ecclesiae Romanae obediant et pareant. (— Arch. com. n° 186).

Gregorius etc. — *Dilectis filiis univrsis et singulis populis civitatum terrarum et castrorum nostrorum et Romane Ecclesiae ad quos presentes littere pervenerint sal. etc.* Si secundum sapientes. — Dat. Avinione VIII Idus januarii anno sexto.

De Curia: *Bartholomeus.*

1376. *Avignon,*
jan. 17.

CLXII. Cum Perusini rebelles censuram ecclesiasticam incurrisent, infrascriptos rogat ut consiliis et monitis dictos Perusinos admoneant ad Ecclesiam de caetero adjuvandam. (— Arch. com. n° 187).

